DE GENERIBUS ET LIBRIS PARAPHRASIUM PHAEDRIANARUM

SCRIPSIT

C. M. ZANDER.

LUNDÆ MDCCCXCVII
TYPIS EXPRESSIT E. MALMSTRÖM.

Frequentius utor his siglis:

A = Aesopus latinus vel fabulae latinae non ortae a Phaedro.
Aδ = fabulae Ademarianae generis Π.
αδ = „ „ reliquae.
Aδαδ = collectio fabularum quaedam unde descriptus est **Ad**.
Ad = codex Ademari olim Lemovicensis nunc Lugdunensis Vossianus lat. O 15. ipsius codicis a praefecto bibliothecae Lugdunensis benigne missi verba exscripsi. [editio impressa extat Nilantii Lugd. MDCCIX; Nilantium exscripsit Herviosus vel *Hervieux les Fabulistes latins* t. II² 131 sqq].
Aes = Aesopus graecus ed. Halm.
Ba = Babrius; **Av** = Avianus; **Bo** vel **Bod** = fab. Babrian. paraphrasis Bodleiana ed. O. Knoell Vindob. MDCCCLXXVII.
Dos = fabulae insertae Hermeneumatis Ps.-Dosithei CGL III ed Goetz. l = ex cod. Leidensi, **p** = ex cod. Parisino.
Π = Phaedrianae paraphrases priores vel Phaedri paraphrastes prior.
π = „ „ posteriores „ „ „ posterior.
*π = PhΠπ et A contaminatae.
Ro = Romulus = αδ + **ro**.
ro = Romulus vulgaris. eius verba affero ex **B** = codice Burneiano Musei Britannici, interdum etiam — quod quoque loco nominatim dixi — ex **F** = codice Florentino Laurentiano. cod. B edd. Oesterleius et Herviosus (Romulus ed. Oesterley Berolini MDCCCLXX et *Hervieux les Fabulistes latins* tom. I et II. Parisiis ed. II MDCCCXCIII—IV). cod. F idem Herviosus (l. c.). (*ro*ˡ, *ro*ᵇ = Romulus Burneianus vel Londiniensis; *rof* = Rom. Florentinus; *ro*ˣ = Romulus Oxoniensis).
W = editio quaedam generis π*π, unde descriptus est
w = cod. olim Wissemburgensis nunc Welferbytanus 148 Gud. cuius codicis apographum edidit Herviosus (l. c.), quod apographum diligentissime fecerat in eius usum praefectus bibliothecae Welferbytanae O de Heinemann (v. Herv. tom. I p. 282). (**W** maiuscula littera notavi nonnumquam lectiones codicis **w** cum Phaedro consentientes quas probabile esset fuisse in in **W**).
Ph, Phaedr. = Phaedrus.

Hac commentatione disputaturus sum de thesauris antiquissimis fabularum latinarum soluta oratione scriptarum. quarum quoniam multo maior pars continetur paraphrastarum fabulis a Phaedro ortis, quae si comparatae erunt cum Phaedro ipso, multum inde lucis afferetur ad paraphrastarum rationes et cognationes illustrandas, haec disputatio versabitur in iis fabulis quae sunt etiam in codicibus Phaedri. quod si nobis contigerit ut hac commentatione explicemus hoc quod nunc nobis propositum est, sic instructiores ac paratiores veniemus ad illam quam post aliquando instituere cogitamus quaestionem de illis fabulis quae non insunt in Phaedri codicibus.

Nunc igitur de iis paraphrastarum fabulis quae sunt in Phaedri codicibus, quarum conspectum brevem haec tabula dabit.

Phaedri	Π	π		*π = contaminatae		A (fab. non Phaedri)
I 1	Aδ 3	w I 1	ro I 2			
I 2	Aδ 21			w III 7	ro II 1	
I 3	Aδ 26	w II 4	ro II 15 F			
I 4	Aδ 7			w I 6	ro I 5	Dos 44 l 97 p
I 5	Aδ 9	w I 7	ro I 6			
I 6		w I 8	ro I 7 αδ 10			
I 7				w III 6	ro II 14 F	
I 8	Aδ*64	w I 9	ro I 8			
I 9	Aδ 57					
I 10	Aδ 28		ro II 18 F			
I 11						ro IV 10
I 12				w III 10	ro III 7 αδ 41	Dos 40 l 95 p
I 13	Aδ*15	w II 7	ro I 15F			Dos 43 l 96 p
I 16		w I 13	ro II 11 F			
I 17		w I 2	ro I 4 αδ 5			
I 19		w I 10	ro I 9 αδ 54			
I 20	Aδ*2					
I 21	Aδ*16	w II 8	ro I 16 F			
I 22	Aδ*29	w II 9	ro II 19 F			
I 23	Aδ 23	w III 9	ro II 3			
I 24	Aδ 33		ro II 20 F			
I 25	Aδ*31					
I 26		w II 3	ro II 13 F αδ 63			
I 27	Aδ 32					
I 28	Aδ*14	w II 2	ro I 13 F			
I 29	Aδ*12	w I 11	ro I 11 F			
I 31	Aδ 22	w III 8	ro II 2			
II 6		w II 5	ro I 14 F			
II 8		w IV 6, 16	ro III 19 αδ 48			
II 9			[ro IV 22 w V 11]			
III 2						
III 6		w V 5	ro IV 5			
III 7		w IV 7(16)	ro III 15 αδ 45			
III 12		w V 6, 7	ro I 1 αδ 1			
III 15			ro II 6			
III 18		w V 4	ro IV 4			
IV 1		w IV 5, 13	ro III 18 αδ 47			
IV 2			ro IV 2			
IV 3		w V 3	ro IV 1			
IV 5						ro IV 9
IV 6						Dos 41 l
IV 8		w IV 8	ro III 12 αδ 42			
(IV 13a)		(w V 2a)				ro IV 8 αδ 51
IV 13b		w V 2b	ro III 20 αδ 49			
IV 19		w IV 2	ro I 10 F αδ 11			
IV 23				w IV 14	ro II 5	
IV 24			ro II 16 F αδ 27			
IV 31		w I 14	ro II 12 F αδ 66			
IV 38	w V 10					

Phaedri	Π	π		*π = contaminatae	A (fab. non Phaedri)
IV 39		w V 1	ro II 7 αδ 62		
app 1		w IV 12	ro III 17 αδ 46		
app 11		w III 11	ro III 8		
app 12		w IV 15	ro III 11		
app 15			ro III 9		
app 19		w IV 4	ro II 4		
app 26			ro IV 21 αδ 55		
app 28			ro IV 3 αδ 50		
app 29		w IV 1	ro III 10		

I.

De generibus paraphrasium Phaedrianarum.

Paraphrases Phaedrianae continentur thesauris Ademariano (Aδαδ) Wissemburgensi (**w**) Romulo vulgari (**ro**). duo autem genera sunt earum: unum propius abest a Phaedri verbis, quod genus denoto littera Π maiuscula, alterum longius, quod minuscula (π).

Iam exemplis res illustranda.

Ac primum generis Π exemplum sit paraphrasis Ademariana fabulae Phaedri secundae. praemissa igitur Phaedri verba sequetur paraphrasis.

Phaedri I. 2. 10—31. *[Ran⟨a⟩e regem petierunt.]*

Ranae vagantes liberis paludibus Clamore magno regem petiere a Iove Qui dissolutos mores *vi (*Pilhoeus:* ut) compesceret. Pater deorum risit atque illis dedit Parvum tigillum. missum quod subito vadi Motum sonoque terruit pavidum genus. Hoc mersum limo cum iaceret diutius Forte una tacite profert e stagno caput Et explorato rege cunctas evocat. Illae timore posito certatim adnatant Lignumque supra turba petulans insilit. Quod cum inquinassent omni contumelia Alium rogantes regem misere ad Iovem, Inutilis quoniam esset qui fuerat datus. Tum misit illis hydrum. qui dente aspero Corripere coepit singulas. frustra necem Fugitant inertes, vocem praecludit metus. Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iovem Adflictis ut succurrat. Tunc contra deus: „Quia noluistis ferre“, inquit, „bonum, Malum perferte“. — Vos quoque †eives, ait, Hoc sustinete, maius ne veniat malum.

Π = Aδ **21** (i. e. Ad. 21 ex Aδ).

Ranae vagantes in liberis paludibus clamore regem petiere a Iove qui dissolutos mores earum compesceret. Iuppiter risit et eis dedit tigillum. *qu*od* subito missum levi motu sonoque terruit pavidum genus. mersae limo cum laterent diutius, forte una tacite profert amne caput; explorato rege cunctas advocat. Illae timore postposito certatim *adn*a*tant; supra turba petulans illusit. Quem cum inquinassent omni contumelia, alium rogantes misere ad Iovem. Iratus ille qui fuerat datus cur esset illusus misit illis *hydr*um*. qui *dum dente aspero *co*rrip*u*isset singulas *at*que eas vesci coepisset, fugitant inertes vocesque praecludit metus. furtim mittunt per Mercurium mandata Iovi ut ⟨ille⟩ desistat. e contra Iu⟨p⟩piter: «Quia noluistis ferre

bonum, *nunc feratis malum; hunc sustinete [malum], ne peior adveniat vobis».

Adn. critica. **3** quem, **7** adnotant, **9** hydram: *corr Nilant.* — **9** sq qui dum — corripuisset — atque *scripsi:* qui — comperiset — qui dum. — **12** ille *adieci.* **13** nunc *conieci i. e.* n̄c: ui *cod* [ut *Nil Herv.*]

Et haec quidem Π i. e. Aδ. qui unus habet huius fabulae paraphrasin ex Phaedro solo sumptam, nam illa huius fabulae paraphrasis quae est in **ro** et **w**, ducta est partim ex alio fonte partim ex phaedriana paraphrasi. non igitur adscribam ex **w** aut **ro** testimonia nunc, cum exempli causa proferam quid utilitatis ad verba quae supra adscripsi Phaedri I 2. 10—21 peti possit ex paraphrasi vel ut emendentur ea quae in codicibus Phaedri sint corrupta vel ut dubia constituantur certius. haec igitur adnotavi ad Phaedri fab. I 2. 10—31. — **vers. 11.** *a Iove* **PRΠ**: *ab Iove* Cunningham. — **14.** *tigillum — quod — terruit pavidum genus. hoc mersum limo cum iaceret diutius* — — haec verba Π sic interpretatus est quasi *hoc* ad *pavidum genus referretur*, item Heusinger cum scribit: *hoc mersum l. c. lateret d.* quod non recte, nam, quod animadvertens Havetus comparat graeca huius fabulae verba, *hoc* refertur ad *tigillum.* — **17.** *profert* (**R**?) Π: *perfert* **P** teste Roberto. — **20.** *supra* Π: *super* **PRg**: *supera* L. Mueller Havetus. sed tamen eodem in versus pede et Phaedrus IV 25, 24 *Humanam supra formam* et Seneca in Phaedra 935 *Hiemsque supra positus;* Id. v. 1158; Herc. fur. 1189. — **26** *fugitant* **P**Π: *fugiant* **Rg**. — *vocem* **P**: *voces* Π. — **30.** *«Malum perferte».* — *Vos quoque †cives, ait, hoc sustinete* **P** (**R**?). in Π autem haec verba dicuntur non civibus Atticis sed ranis, ex quo concicio a Phaedro hoc versu mentionem factam esse civium Atticorum nullam. iam quod Rittershausen cum aliis numeri suffulciendi causa legunt ⟨*o*⟩ *cives,* eo nihil agunt ad emendandum eum versum cuius non modo metrum sed sententiam ipsam depravatam esse ipsum hoc *cives* arguat. quod si esset a Phaedro scriptum, a Phaedro Aesopus Athenienses sic adloquens induceretur quasi ipse Aesopus esset et civis et Atticus, quem tamen Phaedrus secundum communem famam faciat et servum et Phrygem: Phaedrus III pr 52 *Phryx Aesopus;* III 19. 1 *Aesopus domino solus cum esset familia;* app 17. 1 *Aesopus turpi cum serviret feminae.* ergo Phaedrus non potuit facere Aesopum appellantem Athenienses cives suos. verum tamen, quod saepe usu venit, manifestae corruptelae correctio est incerta. ad sententiam quidem nihil credo obstabit quominus legas sic: *«Vos quoque homines ⟨vestrum⟩», ait, «Hoc sustinete maius ne veniat malum».* sic transitus fit ab ranis sub hydro degentibus ad subiectos tyranno homines. quod si Phaedrus scripserat *homines,* corruptela fortasse nata est compendio sic: *hões* ⟩ *ciues.*

Etiam in illis fabulis quae desunt Phaedri codicibus, satis elucet quanta sit generis Π praestantia. nam cum non modo plurima Phaedri verba sed etiam multas partes versuum totosque interdum versus integros Π servaverit, saepe poterimus non Phaedrum ipsum deperditum restituere — quod quidem numquam poterimus — sed adumbratam quandam adsequi eius similitudinem. cuius generis paraphrases cum extent in **Ad** quattuordecim, in **w** una, exempla afferum haec duo:

Aδ 38 (i. e. Ad 38 ex Π). ⟨*Vespertilio.*⟩

Bellum gerebant volucres cum quadrupedibus et modo vincentes iterum vincebantur. vespertilio dubios eventus timens superiorem *qu*am* *pr*oelio* vi disset ad eam aciem se conferebat. in pacem cum redissent pristinam, utrique generi fraus *de*te*cta apparuit. damnatus ergo tam pudendo crimine, lucem refugiens atris se condidit tenebris noctis.

Quia quisquis a duabus partibus se vindicari desiderat, utrisque ingratus turpiter vivit. *melius est enim hostem ⟨habere quam⟩ non habere quum non vin⟨di⟩c⟨er⟩i⟨s⟩ ab ullo.*

Adn. critica. **2**. quem primo; **4** decepta; **7** quam *cod*, *correxi.* — *praeterea quae addidi notavi τῇ διπλῇ.* **7** *sq* melius — ab ullo *addita sunt ab interpolatore.* (**ro** III 4 haec fabula est non integrior sed interpolata et contaminata, quod alia disputatione demonstrabo).

In metrum pristinum haec restitui possunt sic fere:

Qui vindicari vult duabus partibus
⟨Postremo⟩ utrisque ingratus vivet turpiter.
Bellum gerentes volucres cum quadrupedibus
Modo vincebantur modo vincebant ⟨proeliis.⟩
⟨Hic⟩ vespertilio, dubios eventus timens,
Aciem quam superiorem ⟨fieri⟩ viderat
Ad eam se conferebat, ⟨fortunae comes.⟩
In pacem cum redissent ⟨fessi⟩ pristinam,
Utrique generi fraus detecta apparuit.
Damnatus ergo tam pudendo crimine,
Lucem refugiens tenebris se atris condidit.

w V 9 (ex Π). *Vulpes in hominem versa.*

Naturam turpem nulla fortuna obtegit. ⟨*in*⟩ humanam speciem cum vertisset Iupiter vulpem legitimis ut sedit thor*i*s scarab⟨*a*⟩eum vidit porepente⟨*m*⟩ ex angulo notamque ad pr⟨*a*⟩edam celerius ⟨*pro*⟩sil*u*it. superi risere, magn*us* erubuit pater vulpemque repudiatam t*h*al*a*mis expu*l*it his prosecutus: Vive qu*o* digna es modo, quia digne nostris meritis non pote*s* ⟨*uti.*⟩

Adn. crit. **1** se vertisset; thoros; **3** siluit; superi gradu; magnis; **4** talixmis repudit (repulit **w**[2]); **5** quod; potest esse.

Iambos conatus sum ita restituere collato Babr. 32 et Aes. 88:

Naturam turpem nulla fortuna obtegit.
Humanam in speciem cum vertisset Iupiter
Vulpem ⟨et desiderato iunxisset viro,⟩
⟨Haec cum viro⟩ legitimis ut sedit toris,
Scarabaeum vidit prorepentem ex angulo
Notamque ad praedam ⟨studio⟩ prosiluit ⟨cita⟩.
Superi risere, magnus erubuit pater

Vulpemque repudiatam thalamis expulit
His prosecutus: «Vive quo digna es modo,
Digne quia nostris uti meritis non potes [1]).

Iam vero, quo magis appareat quid intersit inter Π et π, paraphrases utriusque generis adiciam fab. Phaedri tertiae. primum igitur exscribam verba Phaedri, deinde paraphrasin Π = Aδ 26, tum paraphrasin π ex **w** (longum est enim **ro** quoque exscribere, praesertim cum verba huius fabulae in **ro** sint magis quam in **w** interpolata).

Phaedr. I. 3. Ne gloriari libeat alienis bonis Suoque potius habitu vitam degere Aesopus nobis hoc exemplum prodidit. Tumens inani gragulus superbia Pennas pavonum quae deciderant sustulit Seque exornavit. deinde contemnens suos *Se *miscuit pavonum formoso gregi. Illi impudenti pennas eripiunt avi fugantque rostris. male mulcatus gragulus Redire m*a*erens coepit ad proprium genus; A quo repulsus tristem sustinuit not[ici]am. Tum quidam ex illis quos prius despexerat: «Contentus nostris si fuisses sedibus Et quod natura dederat voluisses pati Nec illam expertus esses contumeliam Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.

Π = Aδ **26**. Tumens inani gragulus superbia pennas pavonum quae deciderant sustulit seque exinde ornavit; contempnens suos miscuit se pavonum formoso gregi. Illi imprudenti pennas eripiunt avi effugantque miserum. Male multatus gragulus rediit moerens ad proprium genus; a quo repulsus luctificam iterum sustinuit notam. Tunc quidam ex his quem pridem despexerat, ait: «Contentus nostris si fuisses sedibus et pati quod natura dederat voluisses nec illam expertus contumeliam fuisses nec ad hanc repulsus pervenire potuisses miseriam».

Ne libeat gloriari quemquam bonis alienis, suis quin potius vivere malle.

π ex **w** II 4 *De his qui se extollunt.*

Ne qu*is* de alienis bonis [dum] magnum se vellit proferre suoque pocius modico ornetur, Aesopus [enim] hoc exemplum per fabul*am* prodidit nobis. Tumens garulus inanis superbia pennas pavonis quae ceciderant sustulit et se optime ornavit. Deinde contemnens suos gregi pavonum se miscuit. Sed illi innoto et inpudenti vano pennas irat*i* iniuriose er*ipiunt;* morsibus autem laceratum atque semivivum fuga*nt* [laceraverunt]. Male acceptus ille garulus dixit: «Redire *erubesco* [me] ad proprium genus; ibi multos ornatu*s* contempserim. Tum tristem sustenuit notam sumpsitque iniquam famam. Tunc quidam unus ex illis ait quos prius iniuriis dispexerat: S*i* contemptus nostris fuisse*s* sedibus et quod natura dederat voluisse*s* nobiscum pati, ne*c* illam sustineres iniuriam, ne*c* a nobis pulsus dol*e*res.

---

[1]) Satis scio merito suspectum esse hoc studium revocandi latentes apud paraphrastas Phaedri iambos, quia quidam in hac re non satis caute ac modeste se gesserunt. sed hic spero me cavisse culpam temeritatis; neque enim multa mutavi et quae addidi ea τῇ διπλῇ notavi ut satis appareret quae essent additicia. nimirum carmina ipsa Phaedri sane et meliora et *pleniora* fuerunt his quae ex paraphrastarum verbis restituuntur.

Adn. crit. **1**. quis **ro**: que **w**^{1}. — suoque **ro**, **w**^{2}: suaque **w**^{1}. — **2** fabulam, -m **ro**, **w**^{2} *in ras.* — **3**. garulus **w**^{1}: graculus **w**^{2}, **ro**. — **6** irati iniuriose **w**^{2}: -us -as **w**^{1}. — **6**. eripiunt **w**^{2}: eru|||| **w**^{1}. — **7**. fugant *scripsi*: fuga **w**. — **8**. erubesco *add* **w**^{2}. — me *del* **w**^{2}. — **9**. ornatus **w**^{2}: -m **w**^{1}. — **10—12**. fuisses — voluisses — doleres **w**^{2}: -t — -t — dolores **w**^{1}.

Iam ad recensionem fabulae huius Phaedrianae quantum ex utroque paraphraste utilitatis percipiatur videbimus. **Phaedri I. 3. 2.** *suoque potius]* **P** (**R**?) π: *suis quin potius* Π, *suo quin p.* Meursius Bentleius, *suoque <ut> p.* Havetus. sed nihil est quod *suoque potius* tollamus: vide adn. Burmanni ad Ovid. met. III 491 et Madvigii ad Cic. fin. II § 25. — **5**. *pavonum]* Π: *pavoni* **P** (**R**?) *pavonis* π, quod est mirum, cum grex pavonum hac fabula inducatur, si uni pavoni et non pluribus tot deciderant pennae ut ea tamquam nova veste indueretur gragulus. minus igitur probabilem Phaedrus fecit narrationem, si *pavoni* (vel *pavonis*) scripsit. — **6**. *seque exornavit. deinde* **P** (**R**?), *se — ornavit. deinde* π: *seque exinde ornavit* Π, *seque ornavit. exin* Gruner. sed *deinde,* quod est in codicibus Phaedrianis per se non est spernendum. quod h. l. habet eam vim quam explicat Handius Turs II 244.8, ut significet consecutionem eam qua oratio ad maius quiddam adscendat. qui quidem affert locum Liv. XXI 41.12 *emisimus ex obsidione, pacem cum victis fecimus, tutelae* deinde *nostrae duximus.* eodem modo Cicero fin. II § 63 *quam pulcre dicere videbare cum — — — quaerebas quis aut hoc miserior aut superiore illo beatior,* deinde *concludebas summum malus esse dolorem, summum bonum voluptatem.* — **7**. *Se miscuit]* π, *miscuit se* Π: *inmiscuit se* **P** *imm— se* **R**, contra metri legem, sententia eadem. cf. Verg. Aen. I 440 *Infert* se *saeptus nebula — per medios* misceet *que viris* et Ov. Am. III 5.29 *Illuc* se *rapuit gregibusque* inmiscuit *illis,* cuius loci imitatione corruptela haec forsitan nata sit. — **8**. *impudenti]* **P** (**R**?): *imprudenti* Π, *impud-* vel *imprud-* π. — **9**. *mulcatus]* **PR**: *multatus* Π Pithoeus [*acceptus* π], — **10**. sq. *genus A quo]* **P** (**R**?) Π [deest π]: *genus Aeque* Polleus: *g. A quis* Havetus. quod etsi convenit cum Phaedri consuetudine (cf IV 29. 9 et III 13. 11 N); tamen ne *A quo* quidem h. l. damnandum. erat enim permissa optio et varietas ut id quod referretur ad collectivum cum saepius pluraliter tum interdum etiam singulariter diceretur, ut Cicero de Off. I 147 maior *enim* pars *eo fere deferri solet quo a natura ipsa* deducitur. mitto quod geminata negatione excluditur illa ad intellectum constructio, ut Cic. n. d. I 43 *quae est enim gens aut quod* genus *hominum* quod *non* habeat *sine doctrina anticipationem deorum?* Idemque de div. I 109. — **13**. *sedibus]* **P R** Π **w** (π?): *vestibus* Neveletus, quod debuit saltem scribi *veste;* idem fere **ro**: *si hos vestes amasses.*

Ergo et Π et π ad Phaedri recensionem aliquid afferunt utilitatis; sed Π testis multo locupletior est quam π. quippe generis π utilitas ad recensionem Phaedrianam elevatur eo quod longius distat a verbis Phaedri. quamobrem et pauciora sunt in π quae ad Phaedrum ipsum pertineant et haec inspersa insulsae et horridae paraphrastae orationi, vix ut agnoscantur et si quo loco in π aliquid Phaedri simile inveneris, saepius dubites verene sit ex Phaedro. ergo quarum quidem fabularum Phaedri paraphrasis Π non extat, ad earum recensionem π per se nihil aut non multum valet nisi quibus locis lectiones generis π discrepantes a genere Π confirmantur Phaedri codicibus. nam qui primus paraphrases π scripsit, non modo Phaedrum ipsum sed etiam paraphrasin Π adhibuit. quod minus intellegitur ex iis quae Π et π cum Phaedro ipso congruunt, quae nimirum ex ipso Phaedro in fabulas suas uterque paraphrastes potuerit transferre. sed satis elucet ex iis quae Π et π pariter a Phaedro discrepant. quae cum non possint translata esse a π in Π — nam Π in vestigiis Phaedri ita haeret ut neminem praeter Phaedrum imitatus esse videatur — necesse est translata sint a Π in π. quae autem Π et π pariter discrepent a Phaedro certo cognosci non iam potest nisi ex iis fabulis generis Π (i. e. Aδ) quae etiam extant et in Phaedri codicibus et in π (i. e. **w** et **ro**). ex his autem fabulis quia

pleraeque paraphrasin Π non iam habent integram sed cum π contaminatam, non adhibebo ad hanc comparationem locos in Aδ interpolatos. restant igitur ex quibus certius aliquid colligatur haec:

Phaedri I 3: Aδ 26 **w** II 4 **ro** II 15 F (16 B) = Π π. *v. 3.* exornavit *Phaedrus:* ornavit Π π | *8.* impudenti *Ph:* imprudenti Π, imprudenti *vel* impudenti π | avi *Ph: om* Π π | *16* repulsam *Ph:* repulsus *vel* pulsus Π π.

Phaedri I 5: Aδ 9 **w** I **ro** I 6 = Π π. *v. 3* patiens iniuriae *Ph: om* Π π | *4* fuere *Ph:* fuerunt Π π. | *6* partibus factis *Ph:* factis partibus Π π. | *10.* si quis tetigerit *Ph:* qui tetigerit Π π.

Phaedri I 8: Aδ 64 **w** I 9 **ro** I 8 = Π π. *v. 12.* abstuleris *Ph:* extuleris (extulisti, extulit) Π π.

Phaedri I 10: Aδ 28 **ro** II 18 F (19 B) = Π π. *v. 2.* etiamsi dicit *Ph:* etiamsi (*l* etsi) dicat Π π | *5.* culpae proximam *Ph:* ream Π π | *7.* causam cum perorassent *Ph:* causam (causas) dicunt Π π | *9.* petis *Ph:* quaeris Π π.

Phaedri I 13: Aδ 15 **w** II 7 **ro** I 15 F (14 B) = Π π. *v. 1.* residens *Ph:* resedit (Aδ *w*[1]: consedit *w*[2]*ro*) Π π | *8.* At ille stultus dum *Ph:* (At) ille dum Π π. | *12.* corvi deceptus stupor *Ph:* corvus stupore deceptus Π π. *cod.* **D** *h. l. ex* **ro** *interpolatus est; non recte igitur Rothius Phil. I 535.*

Phaedri I 21: Aδ 16 **w** II 8 **ro** I 16 = Π π. *v. 10* expirans *Ph:* suspirans Π π.

Phaedri I 24: Aδ 33 **ro** II 20 F (21 B) = Π π. in prato quodam *Ph:* in prato Π π | bovem *Ph:* b. pascentem Π π.

Phaedri I 28: Aδ 14 **w** II 2 **ro** I 13 F (II 8 B) = Π π. *v. 3.* quondam sustulit *Ph:* rapuit Π π | *4.* escam ut carperent *Ph:* ut (quos) escam daret Π π | 5 orare incipit ne tantum luctum importaret sibi *Ph:* rogabat ut catulos suos sibi redderet (catulos [*vel* natos] suos sibi reddi) Π π | *8.* vulpis *Ph:* v. plena dolore (doloribus constricta *w*) Π π | ardentem facem *Ph:* ignem cum facula Π ignem id est faculam π | *9.* flammis arborem circumdedit *Ph:* arb. circ. Π π | *12.* tradidit *Ph:* reddidit Π π.

Phaedri I 29: Aδ 12 **wro** I 11 = Π π. *v. 5.* ille indignans *Ph:* indignatus aper Π π.

Phaedri I 1 et I 31 post in examen venient.

Et haec quidem hactenus. quae etsi cuipiam videantur esse pauciora tamen satis multa sunt ut intellegamus paraphrastae minori (π) non modo Phaedri ipsius libros sed etiam paraphrastae maioris (Π) fuisse subiectos tanquam materiam in qua retractanda elaboraret. ac potius expectatione plures huius generis locos inveni. hi enim libri paraphrasium **w** et **ro**, qui quam rationem habeant ad Π quaeritur, temporum decursu non modo, ut solent codices antiquorum, corrupti et interpolati sunt a librariis, sed etiam studio paraphrastarum et ipsius π et deinceps ceterorum qui illum secuti sunt verba habent retractata ac reficta. paraphrastes quidem ille π plurima mutavit et ingenii exercendi causa et eo consilio ut libros fabularum ederet quasi novos ac suos. quod ipse et in praefatione et in epilogo profitetur cum vana operae iactatione gloriatur se composuisse libros Aesopi et a se in vetere semita factas esse narrandi vias (si modo recte locum corruptum intellexi). cui vanitati quo maior fides accresceret speciem novitatis studuit fabulis circumfundere. quamobrem cum homo magna ignorantia artis magnaque ingenii tarditate novitatem rerum afferre posset nullam, fecit quod potuit: verba quam maxime vexavit variando et retractando. est igitur profecto mirum superesse in π similia illi Π. quid? quod plura sunt quae in varietate non parva verborum Π π habeant deflexa a Phaedro in eandem sententiam. cuius rei hoc fuit iter, haec progressio: primo a Phaedro in paraphrases Π, tum a Π in paraphrases alteras π; hinc deinceps in postremos illos qui π retractarunt. quare verba cuiusque loci magis magisque mutata sunt, sed ut narratio ac sententia cursum saepius quidem teneret. quod quoniam

longum est singillatim explicare, satis erit attulisse haec exempla. quod igitur est Phaedr. I 2 9 5 *repudiavit,* id dilatavit Π (Ad 12) sic: *tacuit atque indignatus repudiavit.* hinc π: *tacuit dissimulans agitavitque caput* **ro**, magis mutatum sed in eandem silentii significationem sic *compressit iram et agitavit caput* **w**. quae silentii et dissimulationis significatio quia non est apud Phaedrum, est in Π, eam ex Π sumpsit π. — Phaedri verba I 21. 10 *At ille exspirans: «Fortes indigne tuli mihi insultare»* mire interpretatus Π (Ad 16) sic scribit *At ille suspirans fortiter indigne tulit, «Mihi insultat», inquit.* quam sententiam, non Phaedri sed illius Π, sic reddit π verbis aliis: *At (et* ro*) ille cum gemitu suspirans sic dixisse fertur «. . . . . nullus est honor pristinus»* **wro**. eiusdem fabulae hoc est apud Phaedrum promythium *Quicumque amisit dignitatem pristinam Ignavis etiam iocus est in casu gravi;* cum autem scriptum sit Aδ 16 *Mansuetos esse †in dignitate,* inde conicio sic fere scriptum fuisse in Π: ⟨*Monet homines debere*⟩ *mansuetos esse *amissa dignitate.* quod utcunque fuit, certe fuit in Π admonitio mansuetudinis, quam admonitionem π recepit ex Π, sed more suo verbis dilatavit et circumscripsit: *Quicumque* (*Quisquis* ro) *amisit* (*amittit* ro) *dignitatem deponat audaciam pristinam et sciat a quolibet iniuriam pati* (*ne patiatur* ro) **wro**.

Ex his efficitur Π quarum fabularum extat, earum esse fontem inter paraphrastas quidem primarium, π secundarium. verum tamen quia etiam π habet — quod videbamus p. 7 sq. — quaedam a Phaedro ipso sumpta, aliquid subsidii critici vel ex π ad Phaedri fabularum recensionem licet adsumere.

Quodsi deest Π, scilicet π in eius locum succedit, non quod damnum deficientis Π ita possit compensari, sed quod necesse est contentum esse eo quod habeas. adiciam paraphrasin fabulae Phaedri de bove vetulo et iuvenco, praemissa fabula ipsa Phaedri.

Phaedri app. 12. Paterfamilias saevum habebat filium. Hic e conspectu patris cum recesserat Verberibus servos afficiebat plurimis Et exercebat fervidam adolescentiam. Aesopus ergo narrat hoc breviter seni:

Quidam iuvenco vetulum adiungebat bovem. Is cum refugiens impari collo iugum Aetatis excusaret vires languidas, «Non est quod timeas» inquit illi rusticus, «Non ut labores facio sed ut istum domes Qui calce et cornu multos reddit debiles. ⟨Et⟩ tu nisi istum tecum assidue *detines Feroxque ingenium comprimis clementia Vide ne querela maior accrescat domus».

Attrocitati mansuetudo est remedium.

π = **w** IV 15 **ro** III. 11.

w IV 15 Quidam paterfamilias sevum filium *habebat qui omne iustum fugiebat errans et* servi cotidie vapulabant. Aesopus talem fabulam coepit narrare.

Senex quidam rusticus vitulum iungebat maturo bovi, iugum vitulus †cornua exuebat cervicem; bovi iugum cum horreret vitulus rusticus dixisse fertur: «Non ut laboretis sed volo mutare ⟨minorem⟩ ne ⟨per⟩ vagos calces *et cornum cum forte aliquos laeserit, innerens pereat [1]).

[1]) Promythia quae sunt in **w** et **ro** brevitatis causa omisi. quae litteris inclinatis sunt ea **w**² scripsit: *habebat* supra, reliqua in rasura.

ro III 11. Quidam pater familias sevum filium habebat. nam foris quotidie manebat (*B:* vagabatur *F*) et servi pro eo vapulabant. tunc sic auctor ait per fabulam:

Quidam homo rusticus iunxit vitulum maiori bovi. vitulus vero calce et cornibus eiciebat iugum a cervice. bovem cum terreret vitulus, rusticus bovi sic dixisse fertur: «Non ut labores» inquit, «te iungo sed domitare volo minorem. nam calcibus vagis et cornu cum aliquos laeserit lapidibus et fustibus debilitatur».

Ita oportet quemquam filios suos minores domare.

Videmus quam et licenter et inscite π verba Phaedri mutarit vel potius corruperit, qui ex bove *vetulo* Phaedri fecerit *vitulum!* et cum Phaedrus iuvencum fecisset alios debilitantem, π eundem fecit debilitari ipse ab iis qui ictus calcium et cornuum vindicent. ita fabula Phaedri haud invenusta fit in π insulsissima. denique **ro** suum post attulit quo quam in π invenerat fabulam iam foedatam eam faceret si posset deteriorem. nam quod est ap. Phaedrum *Hic e conspectu cum patris recesserat Verberibus servos afficiebat plurimis* id **ro** detorsit sic *foris quotidie manebat et servi pro eo vapulabant!* [1])

Videmus stuporem et inscitiam. si alterum huius generis addidero exemplum potero fortasse re taedii plena defungi.

Ph IV 31. Calvi momordit musca nudatum caput. Quam opprimere captans alapam sibi duxit gravem. Tunc illa inridens: „Punctum volucris parvulae Voluisti morte ulcisci; quid facies tibi Iniuriae qui addideris contumeliam“? Respondit: „Mecum facile redeo in gratiam Quia non fuisse mentem laedendi scio. Sed te contempti generis animal improbum, Quae delectaris bibere humanum sanguinem, Optem necare vel maiore incommodo“. Hoc argumento veniam <mage> dari decet (docet *codd*). Qui casu peccat quam qui consilio est nocens, Illum esse quamvis dignum poena indico.

ro I 12 [Ut] Calvo fuit iniuriosa musca et nudum caput capillis assiduo morsu tundebat. ille sibi alapis non parcebat, volens iniquam (F: inimicam B) capere. illa ridens plus faciebat. et calvus ad eam sic ait: „Mortem quaeris improba. nam facile mecum redeo in gratiam; tu autem mea morieris alapa“ (**B**: sed facilem tecum redeo in gratiam si me sinas quiescere **F**).

w I 14 Calvo fuit iniuriosa musca ut nudum caput capillis adsiduo morsu †contenderit (contunderit $\mathbf{w}^2$). ille vero alapis (alapas $\mathbf{w}^1$) non parcet capiti (— e $\mathbf{w}^1$), volens iniquam capere; illa ridens plus faciebat. deinde calvus ad eam dixit: „Mortem quereris improbam. facile mecum redeo in gratiam; contemno †aetatis iniuriam“.

αδ 66. Calvo iniuriosa fuit musca et nudum caput assiduo morsu tundebat. ille sibi alapis non parcebat volens iniquam rapere. illa ridens plus faciebat. et calvus ait: „Mortem quaeris improba facilem. si tamen mecum redieris in gratiam non morieris mea alapa“.

Quoniam igitur editiones aliae aliter sententias depravatas habent pessimis mutationibus, non proprium fuit illius fontis π vel Π, sed commune vitium et huius et eorum qui post paraphrases hinc sumptas ediderunt, **w** et **Ro**, denique editorum Romuli Aδ, B, F, aliorum, ut fabulas hoc modo corrumperent.

Sunt tamen paraphrases in π quae propius absint a Phaedro. exempli causa afferam paraphrasin fabulae de p u l l o e t m a r g a r i t a. ea quoque extat non solum in **w** et **ro** verum etiam inter fabulas Ademarianas (αδ = fabulae Adema-

---

[1]) Simile est quod Phaedr. IV 23. 1 *Mons parturibat gemitus magnos ciens* sic redditur **ro** II 5 *Quidam mons parturiebat geminos magnos!*

rianae ex Ro). nam quae in Ademari Cabannensis codice Lemovicensi (**Ad**) extat collectio fabularum — quam Ademari breviter nomino, quamquam facta est ante Ademarum — duo continet mixta genera paraphrasium Phaedrianarum, unum (Aδ), quod est antiquissimi paraphrastae (Π); alterum recentius ($\alpha\delta$), a posteriore, sed et ipso antiquo paraphrasta (π) ortum. nec vero ullius fabulae ambo genera A$\delta\alpha\delta$ hodie supersunt. nulla enim est in **Ad** fabula quin sit aut generis Aδ aut generis $\alpha\delta$. fabulae generis Aδ enumerantur p. 13.

Fabulas Aδ non multum fere a Phaedri verbis discedere videbamus; fabulae $\alpha\delta$ autem eo longius distant a Phaedro quo accedunt propius cetera stirpis π genera fabulas Welferbytanas olim Wissemburgenses (**w**) et Romuli vulgaris (**ro**), et proxime quidem huius fabulas. quam similitudinem pertinere ad universas huius stirpis π fabulas, facile est animadvertere singillatim, quia omnes generis $\alpha\delta$ paraphrases Phaedrianae in **ro**, plurimae in **w** etiam insunt. quorum trium generum paraphrases praeter illas quas contulimus p. 11 satis erit exempli causa has quoque conferre. hae igitur sunt paraphrases Phaedri III 12 (cuius non iam extat genus Π).

$\alpha\delta$ 1 (= Ad 1 ex $\alpha\delta$). Gallus escam in sterquilinio quaerens invenit margaritam. Ait: Optima res in sterquilinio iaces. Si te cupidus invenisset cum (tum *cod*) gaudio rapuisset et in decorem tuum redires. Ego quaero escam nec tu mihi nec ego tibi.
Qui ad honorem pertingere valuissent si ingenium habuissent.

ro I 1 *ex F B collato Ox.* Aesopus primam de se dixit fabulam. In sterquilinio quidam gallinacius dum quaerit (quereret *F*) escam invenit margaritam in indigno loco iacentem. Quam ut vidit sic ait: Bona res in stercore iaces. Te si cupidus (homo *add F*) invenisset cum (quo *B*) gaudio rapuisset ut redires ad pristinum splendorem decoris tui. Ego te inveni in hoc (*B Ox:* indigno *F*) loco iacentem; potius mihi escam quaero. Nec tibi ego prosum (N. e. p. t. *F*) nec tu mihi. Haec illis aesopus narrat qui non intelligunt.

w V 7. De cappone et gemma.
Pullus gallinatius cum quereret escas reperit margaritam incentem in indigno loco et cum doleret sic ait [fertur]: Quare in sterquilinio iaces? Te si †cupidis (cupidus *w*[2]) invenisset redires ad splendorem tuum pristinum et decores vultus tui; ego qui te inveni in hoc loco potius escam quero quam te. Nec ego sum tibi prode nec tu mihi necessaria.
Haec tibi esopus narrat qui me non intelligis.

Cf. **Phaedri III 12** [Pullus ad margaritam].
In *sterquilino (*Salmasius*: -io) pullus gallinacius Dum quaerit escam margaritam repperit. „Iaces indigno quanta res“ inquit „loco“. Te (π: hoc **P** (**R**?) **NV**) si quis pretii cupidus vidisset tui Olim redisses ad splendorem pristinum (π **N V**: maximum **P** (**R**?)). Ego qui (quod **N V**) te inveni, potior cui est cibus, nec tibi prodesse nec mihi quicquam potes (potest **N V**).
Hoc illis narro qui me non intellegunt.

Hic igitur $\alpha\delta$ tantum a Phaedri verbis abest quantum vel **ro** vel **w**. quin etiam $\alpha\delta$ interpolationes habet suas. mitto orationem contractam ad eam brevitatem quae etiam Phaedri breviloquentiam superet, quod universae fere collectionis Ademarianae proprium est. mitto etiam epimythium novum idque falsum in $\alpha\delta$, quod credo additum est ab eo qui thesaurum Ademarianum (**Ad**) compilavit, non petitum ab $\alpha\delta$. **ro** vero et **w** ex π integriora servant praeter epimythium etiam initium et exitum ipsius fabulae. ita confirmatur paraphrasi *qui* et *potes* **P** (**R**?), elevatur *quod* et *potest* **N V**. at rursus confirmatur v. 5 *pristinum* **ro w** (= π) **N V**, pro quo *maximum* **P** (**R**?). denique quod est v. 4. *Te si* (*si te* $\alpha\delta$) $\alpha\delta$ **ro w** (= π): *Hoc si* **P** (**R**?) **N V**, videtur esse verius *Te si* suspicor-

que *Hoc si* natum esse per contaminationem et dittographiam quandam ex *loco*, cum metrum, ut fit in Phaedri codicibus, versibus non discriberetur: *loco te si*⟩ *loco hoc si*. — Hanc fabulam in *αδ* **w ro**, etsi alia aliter variantur, tamen ab eodem paraphraste (quem π nomino), profectam esse satis declarant cum multa similia tum haec quae a Phaedro eodem modo *αδ* **w ro** (i. e. π) discrepant: *ait* π: *inquit* **Phaedr.**; — *cum gaudio rapuisset* add. π: deest ap. **Phaedr.** — *(potius) escam quaero* π: *potior cui est cibus* **Phaedr.**

Illud quoque interest inter Aδ et αδ quod Aδ totus in fabulis Phaedrianis versatur, αδ autem non modo Phaedrianas continet fabulas sed etiam alias. nam fabularum Ademari (**Ad**) haec sunt genera.

I. Aδ i. e. Phaedrianae paraphrases primariae (Π): **Ad** (Aδ) 2; 3; 4; 7; 9; 12—16; 21—23; 26; 28; 29; 31—38; 43; 57; 58; 60; 64; eiusdem generis sunt **w** V 9; 10. omnino fabulae undetriginta.

II. αδ i. e. fabulae ex thesauro Pseudoromuli sumptae, quarum sunt haec genera:

1. Phaedrianae paraphrases secundariae (π): **Ad** (αδ) 1; 5; 11; 17; 18; 27; 39; 40; 42; 44—50; 54; 55; 61—63; 65; 66: fabulae viginti tres.
2. fabulae quas Phaedrianas non esse vel apparet vel probabile est: **Ad** (αδ) 6; 8; 10; 19; 20; 24; 25; 30; 51—53; 56; 59; 67: fabulae quattuordecim.
3. fabula contaminata ex paraphrasi Phaedriana et alio fonte: **Ad** (αδ) 10.

Codex **w** autem nullas fabulas videtur habere praeter paraphrases Phaedrianas vel ex Phaedro solo ductas vel contaminatas. at quemadmodum αδ item **ro** — cuius rei conspectum praebebo in altero libro — habet tria fabularum genera mixta. quod quidem consentaneum est. nam cum fabulis **ro** fabulas αδ propiore cognatione coniunctas esse quam cum **w** et verborum similitudo declarat et ordo fabularum αδ cum **ro** magis conveniens quam cum **w**.

Nunc igitur ut explicetur haec ratio ordinatarum aliter aliis libris fabularum, primum de ordinibus fabularum **ro** et **w**, tum de **ro** et αδ breviter dicam. principio qui ordo cuiusque partis fuerit dubium est. nam si pristini ordinis vestigia quaedam ex Phaedri codicibus repetere conabimur, continuo implicabimur erroribus. neque enim Phaedri codicibus, quod luculenter demonstrat Havetus, ad fabulas Phaedri ordinandas magnae sunt fidei, neque Phaedri ipsius ordinem paraphrastae videntur diligenter observasse neque in paraphrasi Phaedriana toti versati sunt miscueruntque fabulis Phaedrianis alienas. Cum vero incertus sit ordo pristinus tum certe valde turbatus est in libris paraphrastarum. cuius rei causa videtur maxime ab eo esse repetenda quod mutato ordine quaerebant novitatis commendationem. accedebat nonnumquam consilium continuandi fabulas vel similium animalium vel similis argumenti. similis argumenti coniunctae in **w** et **ro** fabulae de hydro rege ranarum et de miluo rege columbarum **ro** II 1 et 2 = **w** III 7 et 8, cum sint apud Phaedrum separatae (Phaedr. I 31 et 23), item app 15 et 29 et 19 de vitiis mulierum in **ro** coniunctae sunt **ro** III 8—10, in **w** deest hodie **ro** II 9, reliquae duae eodem ordine coniunctae sunt. similium animalium fabulae coniunctae, ut in

w duae vulpinae fabulae **w** II 2 et 3, quae separantur fabula in Phaedri libro I: Ph. I 28 et 26; duae caninae continuae **Ad** 31 et 32, in Phaedro eaedem separantur fabula: Ph. I. 25 et 27.

Verum tamen, quantum de re tam incerta possumus iudicare, **w** ab ordine pristino propius videtur abesse quam aut **ro** aut **Ad** (i. e. Aδαδ). nam qui mos est paraphrastarum ut propter similitudinem quandam saepe coniungant fabulas quae a Phaedro separentur, id in **w** fit parcius modestiusque, Pseudoromulus autem licentius egit dum non modo veram argumenti similitudinem sequitur sed etiam speciem similitudinis. ut duae aquilinae sed ceteroquin non similes **Ph.** I 28 **w** II 2 et **Ph.** II 6 **w** II 5 factae sunt in **Ro** continuae: **ro** I 13 F et 14 F (I 13 F = II 8 B); fabulae illae de parturientibus scrofa et monte cum ita in **w** IV 4 et 19 ut apud Phaedrum app 19 et IV 23 intervallo separentur, in **ro** II 4 et 5 inepte coniunguntur; non minus inepte fabula de vulpe et persona (**Ph.** III 6) in **ro** sequitur fabulam de vulpe et ciconia (**Ph.** I 26), in **w** non item. eadem iudicii pravitate continuantur in **ro** fabulae de iuvene amante (app 29 **w** IV 1) et de iuvene iuvencoque ferocibus (app 12 **w** IV 15). at vera similitudine argumenti cognati fabulae coniunguntur **ro** I 9 et 10, cum apud **Ph.** et in **w** altera sit primi libri, altera quarti, et de amicis infidis **ro** III 3 et 4.

Iam **W** ordinem editionis π eo facilius potuit retinere quod nullas habuit — quod videmus ex **w** — nisi fabulas generis π; **Ro** autem — quod apparet ex αδ **ro** — alias quoque.

Et quia sua in sede prologum, in sua epilogum veteris illius π reliquit **W**, **Ro** confudit et turbavit, de qua re post videro, ex hoc ipso coniecturam facimus universam operis compositionem magis in **Ro** esse turbatam.

Accedit quod, ut Phaedri ipsius opus, cuius rei testis est Avianus in praefatione, ita **W** habuit habetque **w** fabulas per quinque libros distributas. Romulei corporis divisio est quaternaria. quae non in omnibus libris Romuli vulgaris (i. e. **ro**) manet. quaternarium enim numerum servavit Romulus Burneianus, omnem huius generis divisionem sustulerunt editiones aliae, ternarium numerum habet Florentinus. quod igitur Pseudoromulo illi erat propositum ut ex quinque libris editionis π et adiectis fabulis quibusdam alienis conficeret libros fabularum quattuor, id cum nimirum perficere non posset nisi fabulis ex libro alio in alium translatis, rem sic instituit ut plerumque plurium fabularum seriem transferret, interdum singulas propter vel similitudinem vel speciem similitudinis.

Iam **Ad** ad **ro** proxime accedit fabularum collocatione. quod statim initio apparet. nam fabula *de pullo et margarita* in **w** ultima, in **Ad ro** est prima. videbamus autem p. 13. **Ad** constare ex duabus collectionibus fabularum, una antiquore Aδ. altera recentiore αδ. his igitur in unum coniunctis compositus fuit liber ille Aδαδ, cuius apographum est **Ad**, generibus his ita mixtis ut eadem fabula ne repeteretur. nam si qua fabula erat et in Aδ et in αδ, ea ex Aδ potissimum recipiebatur et *in locum alterius quidem ut generalis ordo libri αδ retineretur* intermixtis tamen iis fabulis quae deerant libro αδ. erat autem αδ liber fa-

miliae **Ro**, sed ordine fabularum turbato nihil quidem aut non multum in libris III et I — cuius fabula octava in secundum librum, nona in quartum transposita erat — gravius in libris II et IV, in quibus omnis compages erat soluta et pars libris II:i vel ro II 4—14 transposita in postremum locum. si enim a levioribus discrepantiis discresseris, quae utrum in αδ an in Αδαδ an denique in **Ad** natae sint incertum est, hanc fere rationem ordinum **Ad** habet ad **Ro**:

Ad 1—20 ~ **Ro** I 1—20;
Ad 21—23 ~ **Ro** II 1—3 ; **Ad** 26—33 ~ **Ro** II 15—20;
Ad 34—49 ~ **Ro** III 1—20;
Ad 50—59 ~ **Ro** IV
Ad 60—66 ~ **Ro** II 4—14

Utinam extaret totus ille thesaurus fabularum Αδαδ! cuius non paucae fabulae nunc desunt in **Ad**. cuius rei causa est non quod aliquas omiserit aut αδ aut Αδαδ aut denique **Ad**, sed **Ad** est apographum libri Αδαδ extrema parte mutili, cui defuerint aliquot folia, in quibus fuerant primum libri quarti decem fere fabulae vel dimidium fere libri quarti, deinde quattuor fere fabulae eius partis libri secundi quam αδ habuisse post quartum librum transpositam modo videbamus. et de his ipsis foliis unius apographum forte fortuna extat in codice **w** post epilogum adscriptum, cum ibi aliquid vacui spatii membranaeque superesset, tresque fabulas continet, quae sunt **w** V 9—11. quae quin sint descriptae ex Αδαδ non dubium est, quia duae sunt generis Αδ, ortae a Π, **w** V 9 de vulpe in hominem versa (quam vide p. 6) et **w** V 10 de tauro et vitulo, una autem generis αδ, orta a π, V 11 de statua sua Aesopus ad cives. quarum quod tituli supra scripti sunt cum desint tituli fabularum in **Ad**, aut hi tituli additi sunt ab eo qui exaravit **w** aut tituli fabularum omissi in **Ad**, cum fuissent in Αδαδ. ceteroquin et contracta brevitate et aliis rebus similes sunt fabulis Αδαδ.

Αδ 2; 6; 8; 57; 58; 31; 32; 34; 36; **w** V 9; 10, vel undecim fabulae generis Π, non insunt in **Ro**. quas ne in π quidem fuisse arbitror. si enim ibi fuissent, non dubium est quin **Ro**, praesertim qui ne sordes quidem et quisquilias fabularum spreverit, has fabulas optimas collectione sua fuerit recepturus. ergo Π habuit fabulas quae non extiterint in π. quo maiore hanc etiam ob causam incommodo accidit ut pars tantummodo thesauri antiquioris et integrioris illius ad nostram aetatem perveniret.

Ille igitur, quisquis fuit, qui concinnavit librum Αδαδ, id quod dixi et apparet ex tabula p. 2, si quae fabulae erant illorum fontium communes, saepius quidem adhibebat potissimum librum Αδ, vel postposito vel neglecto libro αδ. idem tamen contaminavit nonnullas fabulas, usus in eadem fabula ambobus libris. quod genus in tabula notavi asterisco. huius generis exemplum hoc sit. cuius verba interpolatione ex libro αδ vel inserta vel mutata litteris reddam *obliquis*, quae libri Αδ esse propria videntur, litteris rectis.

Αδ* **16**. (Cf. Phaedri I 21)

Defectus annis et desolatus viribus leo cum iaceret extremum spiritum trahens, *aper fulmineis ad eum venit dentibus *et vindicavit ictu veteres iniu-

rias. infestans taurus mox hostile cornibus confodit corpus. asinus ut vidit ferum impune laedi calcibus coepit . . . . at ille suspirans fortiter indigne tulit. «Mihi insultat», inquit, «naturae dedecus. *cum esset virtus mea, fuit honor fuit timor ut omnes viso me fugerent et opinio ipsa terreret. plures, quos benivolus non laesi, quibus et auxiliator fui, ipsi malignantur mihi et quia sum sine viribus nullus est timor pristinus*».

Mansuetos esse in dignitate.

Adn. crit. aper *scripsi*: super. — dentibus et *scripsi*: aper et d. se. — coepit . . . .: *lacunae signum addidi.*

Quibus causis commotus quoque loco sic contaminaverit verba paraphrastes Ademarianus, certo dicere non possum. sed fortasse tunc imprimis interpolavit si quae in Aδ videbantur aut ad sententiam non plena aut ad legendum difficilia. nam lacunosum quidem librum Aδ fuisse multis locis apparet, ut in hac quam proxime attuli fabulam post *coepit* verba desiderantur ut *frontem extundere* vel aliquid simile. item et fabulas habuit Aδ in summam brevitatem contractas et epimythia tum deerant tum erant brevissima: quamobrem vel epimythia vel quae fabulae verba similitudinem epimythii habent, ut Aδ 16 verba indignantis leonis, ea fere αδ adhibito interpolata sunt propterea, credo, quod αδ eam fabulae partem suppeditabat minus exilem et verbis quidem abundantem. quo factum est ut in e x t r e m a quaque fabula hoc genus contaminationis vel interpolationis versaretur maxime.

Quae Phaedri fabulae in paraphrastarum libris sint, quae non sint ex tabula pp. 2 sq. apparet. nunc igitur quoniam Phaedri fabularum multarum nullae iam extant paraphrases, q u a e r i t u r q u o t p a r a p h r a s e s e x i i s q u a e d e e s s e v i d e a n t u r i n i u r i a t e m p o r u m a b s t u l e r i t. nam fuisse olim plures probabile est, praesertim cum non paucas casus et fortuna uno codice, Lemovicensi Ademari aut uno **Ro** posteritati reliquerit. verum tamen multo pauciores quam quot prima specie videntur Phaedrianas paraphrases perisse arbitror. cum enim universum hoc genus Phaedri fabulas retractandi puerorum institutionem spectaret, argumenta aptissima quaeque teneris ingeniis potissimum deligebantur, in quibus animalia arbores res vel loquerentur vel humanam personam gererent. ceterarum autem narratiuncularum paraphrases factae sunt nullae praeter pulcherrimam et celeberrimam de leone Androcli et illam de Aesopi statua, qui fuit prior epilogus in **Ro**, denique de vitiis mulierum duas, adiectas simili scalpturientis gallinae (app. 11) argumento, unam de vidua et milite (app. 15), alteram de iuvene et meretrice (app. 29), ideoque additas, credo, ut pueri adulescentulique monerentur esse insidias illecebrarum muliebrium cavendas. ergo verisimile est nullas umquam in huius generis libris paraphrases fuisse harum narrationum: Phaedri I 14 [1]; 18; II 2; 3; 5; III 1—5; 8—11;

---

[1] Non igitur possumus adsentiri Rothio quod dicit Phil. I 534 cur Ph. I 14 et 15 omittantur a paraphrastis, causam esse quod usi sint codice ita h. l., ut Danielinus sit, lacunoso.

14; 17; 19; IV 5; 7; 10—12; 14 et 15; 17; 21; 22; 24—30; 33—37; *app.* 2—10; 13; 16; 17; 19; 22; 27. huic generi coniuncta sunt talia de historia animalium qualia multa sunt apud Aristotelem Aelianum Plinium; cuius generis est inter paraphrases una de cornice et urna **ro** IV 13, quam non de Phaedro sumptam esse probabile est, desunt illae de urso esuriente *app* 21 deque lacerta et de bibro mortem fugientibus *app* 25 et 30. ex ipsis vero animalium fabulis quaedam videntur in libros paraphrastarum non esse receptae consilio. quae quidem principum vitam moresque tangunt non sine aliqua acerbitate, I 15, in qua asinus elatus contumacia desperationis loquitur de adventante novo domino[1]); 30 ubi ranae queruntur se obtritum iri a tauro victo, IV 6 qua principum magnificentia vertitur in ludibrium miseriasque: has omnes fabulas non recepit is paraphrastes antiquus ex quo pendent fere posteriores; erat, opinor, homo cautus magis Phaedro ipso memor versus antiqui *Palam muttire plebeio piaculum est,* quem legisse quondam puerum se narrat Phaedrus IV 26. 34. etiam religio apud postremos paraphrastas, si modo erant, quod suspicor, magistri clerici, fortasse effecit interdum ne admitterent ea in quibus memoria antiquarum religionum nimis prominerot, ut Phaedri IV 32. sed hoc dubito. nam malebant talia temperare et quasi obscurare, ut Phaedri IV 24. 4. *Ubi immolatur, exta praegusto deum,* cum Ps-romulus ipse satis habuisset *exta* pro illo *exta deum* scribere, *xô* 27 mira confusione religionum hanc addidit interpolationem: *ubi immolant episcopi.* sed si hoc fuit interdum studium — quod in antiquissimis certe paraphrastis H et π nullum fuit — ne postremi quidem paraphrastae in ea re satis sibi ipsi constant: cf. fab. de miluo aegrotante **ro** I 18 F = 19 B aliasque. restant denique hae fabulae Phaedri II 1; 4; 7; III 13; 16; IV 9; 16; 18; 20; app 14; 18; 20; 24; 31; 32, quarum paraphrases cur desint causa magis in casu sita videtur esse, sive temporum vis et vetustatis eas abstulit sive neglentia praetermissae sunt, cum industria paraphrastae excerpentis sub finem operis lassata languesceret. quod quidem etiam in causa fuisse coniecturam facio ex eo quod nulla Phaedri fabula primi libri ap. paraphrastas deest quin consilio ac iudicio omissa sit, at tres libri secundi, duae tertii, plures vero quarti libri appendicisque. quam ex posteriore parte corporis Phaedri esse excerptam veri simile est.

His igitur efficitur fabulas Phaedri eas quae a paraphrastis retractatae sint si non omnes at plurimas in codicibus paraphrastarum superesse.

Sed in hoc numero fabularum cum Phaedro coniunctarum quadam cognatione sunt quas utrum paraphrases Phaedrianas necne dicam dubitem. nam etsi quadam tenus servant paraphrasis naturam, tamen sic sunt mutatae ut quasi novae extiterint fabulae. cuius generis sunt hae.

Fabula de cane et fure **w** III 9 **ro** II 3 tota declamatio est rhetorisque officinam redolet et ea quidem arte scripta quam diasceuastes π attingere non potuerit suis viribus. subiciam fabulam ex **ro** transscriptam cum necessariis correctionibus, nam in **w** multo foedius est depravata corruptelis. **ro** II 3 *ex B.* De seduc-

[1]) Non igitur possumus adsentiri Rothio quod dicit Phil. I 534 cur Ph. I 14 et 15 omittantur a paraphrastis, causam esse quod usi sint codice ita h. l., ut Danielinus sit, lacunoso.

toribus audiamus fabulam. Nocturnus quidam fur cum panem mitteret cani canis dixisse fertur. „Panis pro gratia datur ut video. das ut me laedas et unde vicem reddituros *sim una cum domino domus et tota familia. si tu tecum totum auferas domo, panem porriges mihi cum fame victus fuero? nolo fauces meas pane *claudas, nolo cibum ut lingua sileat. sed ipse contra latrabo. ⟨*quin*⟩ dominum et familiam suscito, furem illis nuntio? non *praesentem* vitam ⟨*modo*⟩ volo sed futuram contemplor. aut ambula aut nuntio“, — Haec illi intellegant qui ad unum prandium rem suam perdunt [1]. proposita igitur fuit illi qui haec scripsit, quisquis fuit, Phaedri fabula I 23 quam retractaret. sed post prima statim verba Phaedrum reliquit suoque ingenio cursum dedit liberum. quamobrem cum haec legimus, aliquid argutuli de controversiis Senecae rhetoris videmur legere idque scriptum sermone satis puro. nam quod est *totum auferas* pro *omnia abstuleris*, id credo non fuit in eo libro unde haec sumpsit π, sed denique a π ita scriptum est. ergo ut paucis haec complectar: π hanc fabulam adscivit non ea simplicitate factam qua sunt pleraeque, sed exornatam ab rhetore qui cum fabulam Phaedri sumpsisset quasi materiam in qua artem ostenderet, fabulam confecerat non Phaedri mutatam sed novam et suam.

De serpente sinu fota fabulae priorem partem de Phaedro π habet, posteriorem a Phaedro remotam, Phaedri igitur fabulam et π comparandi causa exscribam. **Phaedr. IV 19** Qui fert malis auxilium post tempus dolet. Gelu rigentem quidam colubram sustulit Sinuque fovit contra se ipse misericors; Namque ut refecta est †nocuit hominem protinus. Hanc alia cum rogaret causam facinoris Respondit: „Ne quis discat prodesse improbis. — π = **w** IV 2 αδ 11 **ro** I 10. Qui feret malo auxilium sciat se noceri ab illo. ⟨quod⟩ haec testatur fabula. **Frigore et gelu rigentem quidam pietatis causa colubrum ad se sustulit et intra sinum suum per totam hiemem fovit. refectus usque ad tempus coepit esse iniuriosus et veneno multa foedare. ne cum gratia exiret, iniuriosus pelli *maluit.** [2] — Postrema igitur parte π a Phaedro discrepat. quam fortasse π ipse novavit. certe hac parte π dissimilis est non modo Phaedri sed etiam graecarum fabularum Aes. 97 H, Bodl. 42 Knoell. in quibus necavisse serpens hominem a quo fota esset narratur. ut ap. Phaedr. v. 4 *necuit* probabiliter Pithoeus (*nocuit* codd).

De vipera et lima fabulae plerisque π = **w** IV 8 **ro** III 12 αδ 42 maxime cum **Ph.** IV 8 consentit. sed priore parte non minus cum Aes. 146 H. ac rursus sunt quibus discrepet π ab utroque: *ridens* π: *contumax* **Ph**, cf ὑποτυχοῦσα **Aes**; *improba* π: *stulta* **Ph** εὐήθης **Aes**. denique promythium aliud habet π aliud **Ph** aliud **Aes**.

Fabula de lupo et cane in π (= **w** IV 7 (6) **ro** 12 αδ 45), quod ad res et verba pertinet, tota apta est ex Phaedro III 7; sed ordo narrationis turbatus, idque tam inepte ut insulsitatem diasceuastae π agnoscere videaris. nam canis lupo cur tam niteat pinguedine interroganti respondet in π id propterea fieri quod do-

[1]) mitteret **ro**: misisset **Ph, w.** — sum, clandias, presentam **ro.** ⟨quin⟩, ⟨modo⟩ *addidi.*

[2]) Adn. crit. ferit **w**[1] fert **ro**: *promythium descripsi de* **w**, *nam paullo aliter* **ro**, *om* αδ: *epimythium, quod aliter alius habet, omisi.* — intra sinum suum fovit **w** (fovet **w**[1]): sub latera sua habuit **ro**, in latere suo h. αδ; — pelli maluit *scripsi*, pelle malum **w**[1]: pelli noluit **ro**: pelli αδ; iniuriosus αδ **ro**: exinde **w**.

mum custodiat a furibus et tutam praestet. quod multo aptius ap. Phaedr. v. 10 sq. tum dicit canis se domi custodem esse cum iterum interroganti lupo exponit officium suum. quid? quod hoc loco inseruit π verba canis vita divite et otiosa gloriantis, quasi illud quoque officium canis sit bene ali otioque frui. at quanto melius Phaedrus ideo dicentem hoc facit canem (v. 21 sq.), ut triti catena colli dedecus, quasi compensaretur commodis, coram lupo elevaret, cum ostenderet quam carus esset domino totique familiae. quo magis miror Havetum diasceuasta π duce usum esse ad versus huius fabulae transponendos.

Item fabulam Phaedri de asino post mortem plagas patiente π = **w** IV 5 et 13 **ro** III 17 αδ 47 depravavit, cum pro Gallis Cybebes, quorum memoria cum aliis paganorum religionibus illa aetate non iam vigeret, substituit institorem. qua re minus intellegitur cur etiam π narret ex pelle mortui asini a domino facta esse tympana et cymbala [1]), Gallis Cybebes apta, non institori. sed non modo res ceteras verum etiam verba quaedam Phaedri, sive Phaedro ipso usus est sive paraphraste II, idem π est imitatus. Phaedri narrationi — non illi quae est in π — consimilis est Aes. 290 H. plus distat et a Phaedro et a π Aes. 329 H.

Eadem insulsitate π = **w** IV 6 et 16 **ro** III 19 αδ 48 mutavit exitum fabulae de cervo in bovili. nam ap. Phaedrum II 8 dominus villae ubi cervi latentis conspicatus est alta cornua eum statim occidi iubet, in π rusticus ille convocatos bubulcos interrogat cuius esset cervus, quem quaesitum aut vindicatum nullo veniente gaudet et miratur, quasi vero feri cervi ullus esse soleat dominus! ceteris omnibus huius fabulae π ex Phaedro pendet.

Fabulam Phaedri IV 39 de cane vetulo praedam dimittente hoc mutavit π = **w** V 1 **ro** II 7 αδ 62 quod pro sue Phaedri substituit lepusculum. cum autem ea fabula apud neminem antiquum auctorem praeter Phaedrum extet et ceteroquin π congruat cum Phaedro, cuius fabulae non modo res sed etiam verba multa vel receperit vel sit imitatus — quod maxime αδ fabulam integriorem quam aut **ro** aut **w** servans indicat — probabile est hanc quoque fabulam editorem π a nullo praeter Phaedrum aut II sumpsisse.

Fabulam de Aesopi statua ita transformavit **Ro** = **ro** IV 22 **w** V 11 vix ut quidquam cum Phaedri II 9 praeter titulum ei sit commune. **Ro** dixi, non π, nam **w** 9—11 ex foliis libri Aδαδ descriptas esse videbamus p. 15, **w** autem 9 et 10 ad Aδ i. e. II pertinent, **w** 9 11 ad αδ i. e. **Ro**, quia αδ est generis Romulei. sed sive **Ro** haec a π sumpsit sive ipse novavit, hominis infimae aetatis inscitiam et barbariem sic redolent, ut nihil fere eorum praeter titulum ex antiquo fonte manasse videatur, nisi Phaedri III prol. 38 imitatur hoc *multorum semitas amplissimas faceret vias*. quod ex more fit scriptorum π et **Ro** ut ex aliis carminibus Phaedri petitas sententias locutionesve alieno loco inserant.

Nec minus Phaedri I 16 et 17 fabulas π transformavit. **Ph** I 17 et **w** I 2 **ro** I 4 αδ 5 (**wro**αδ = π) canis per calumniam ab ove panem exigit.

[1]) tymphana et cymbriam **w**[1], tympana et cilibra αδ 1. et cribrella **ro**.

quod argumentum aliter explicatur in **Ph** aliter in π. nam testis falsus unus inducitur in **Ph** lupus, in π tres, lupus miluus accipiter; unde solverit damnata ovis nihil dicit **Ph**, π ovem lanam sui corporis eius rei causa coactam vendidisse; **Ph** lupum in fovea falsi testimonii poenam luisse; in π nihil de poena lupi. — Item illa huic similis fabula Ph. I 16 qua o v i a b l u p o e t c e r v o f r a u s i n t e n d i t u r alia fit in **Ph** alia in π = **w** I 13 **ro** II 11; nam in **Ph** ovis cavet insidias, in π capta dolo malo fraudationem patitur. Insunt tamen in his ipsis fabulis quaedam Phaedrianae originis vestigia, alia obscuriora alia magis expressa. nam et verba Phaedri quaedam notabilia inveniuntur huc translata — sed interdum diverso modo conexa, quod saepius fit in π, qui verbis Phaedri ludens quasi calculis, ea alibi aliter coniunxit et saepe alienis locis inseruit — et sententiae plus minusve mutatae tamen ex Phaedro quodam modo sunt aptae. denique hae fabulae in litteris latinis graecisque non extant, quod sciam, praeter Phaedrum et π, et a Phaedro videntur esse inventae. quae plenae sunt acerbitatis illius Phaedrianae et mira earum argumenta talia sunt qualia saepius apud Phaedrum quam inter fabulas Aesopeas invenias; quod has fabulas componens Phaedrus quid interesset inter bestiarum naturam et hominum non curans animalium partes ita tractat ut sint nihil aliud nisi hominum personatorum. cuius generis est etiam fabula illa mira et portentuosa Ph. I 27 qua canis avarus auro invento immoritur et vulturius sordes illius cupiditatemque more cynici declamatoris insectatur. ex eodem numero sunt Phaedri II 1; III 15; IV 20, quae apud alios fabularum scriptores non inveniuntur.

In fabula d e l u p o e t a g n o apud Phaedrum I. 1 lupus agnum dicit maledixisse sibi ante sex menses, ad quod respondente agno se tunc natum non esse lupus patrem agni idem accusat, in π autem i. e. **w** I 1 **ro** I 2 principio lupus agno dicit illum sibi nunc maledicere, quo crimine ab agno repulso lupus dicit ergo patrem agni sibi ante sex menses maledixisse, ad quod respondente agno se tum nondum esse natum, lupus sic «Et adhuc loqueris». sed tamen rebus ipsis haec fabula multo magis consentit cum Phaedro quam cum aut Aes 374 b aut Bab 89. accedit quod etiam ex verbis Phaedri quaedam in π reperiuntur, ut *fauce improba* et *latro*, sed haec quidem alienis locis. ergo non dubito quin inter Phaedrianas fabulas **w** I 1 **ro** I 2 sit numeranda. sed a **ll** sumpsit eam π, non a Phaedro ipso; cf *rivum eundem* **Ph**: *rivum* **ll** π; *venerant* **Ph**: *venerunt* **ll** π.

Item fabulam d e m i l v o c o l u m b a r u m r e g e a **ll** (i. e. Aδ 22) sumptam habet π (i. e. **w** III 8 **ro** II 2), cf *auxilia* **Ph** I 31. 2: *auxilium* **ll** π; *requirit* **Ph** ib: *quaerit* **ll** π; *fugissent* **Ph** v. 3: *fugerent* **ll** π. sed et multo minus expressa est in π quam in **ll** imitatio Phaedri, et ipsa narratio in **ll** tota est ex Phaedro apta, in π a Phaedro nonnihil discedit. nam in **Ph** **ll** milvus postquam ipse pollicitationibus ambiit columbas ut se regem faciant, rex factus speciem regni praetendit saevitiae et cupiditati. in π accipiter a columbis creatur rex qui columbas defendat a milvo. tum factus hic accipiter rex talem in columbas se praebet, qualem ille in **Ph** **ll** milvus. ergo in hac ut in multis fabulis ad recensionem Phaedri nihil fere valet π, multum **ll**. quod quidem legitur in **ll** *(Sic merito agitur) †qui (lege quae) nostrum spiritum*

tali credidimus inimico, hinc ultimus fabulae versus, qui deest codicibus Phaedri, sic fere restituitur: *(merito plectimur) Inimico nostrum quae credidimus spiritum.* nam illud a verbis traditis longius abest quod coniecit Riesius: *Quae nostram vitam tali credidimus duci.*

Videmus igitur π a Phaedro multum discrepare non modo verbis sed etiam rebus. quamobrem si qua fabula generis π impressa habet quaedam Phaedrianae originis vestigia, si eadem aliquid discrepat a Phaedro, tamen haec per se causa non esse nobis debet quominus a Phaedro ortum eius repetamus.

Sin qua fabula vel eorundem librorum quorum sunt fabulae generis π ita a Phaedro discrepat ut eo ipso consentiat cum alio fabulatore, hoc nisi est levius non temere fit. neque enim saepe casu fieri potuit ut π re certa nec ea levissima a Phaedro discreparet et eadem ipsa cum Aesopo graeco aut Dositheo aut Babrio consentiret. ac potius consentaneum est causam talis consensus a fonte vel communi vel simili repetere, et sic indicandum est, quae paraphrastae π cum aut Aes. aut Dos. aut Babr. sint communia et eadem a Phaedro aliena, ea nec novata esse denique a π neque ex Phaedro aut Π translata sed ex fonte alio hausta.

Atqui π in nulla fabula omnino abstinet Phaedri imitatione, et semper pendet a Phaedro vel a Π aut totus aut ex parte. ex parte, sive ipse narrationem Phaedri gravius mutare ausus est — cuius rei exempla modo videbamus — sive Phaedriana miscuit alienis.

Ac de hoc genere quod positum est in contaminatione nunc quaeremus.

Paucas igitur fabulas π ita contaminavit; malebat enim saepius vel Phaedrum vel Π unum sequi. etenim ille π quam Phaedri fuerit studiosus, prologus eius et epilogus verbis et sententiis Phaedrianis contexti declarant, si quidem hic ille videtur fuisse qui libros Aesopi ad Rufum inscripsit. hic igitur tum — quod demonstravimus — paraphrasten Phaedri adhibuit et ita quidem ut Phaedrum ipsum quoque adhiberet, tum si quas fabulas aliunde sumpserat, quod factum est non saepe, iis pannum Phaedrianum sive ex Phaedro ipso sive ex Π unum et alterum assuebat.

Sic concinnatae sunt hae fabulae generis π (*π).

In fabula de cane carnem amittente propter carnis imaginem π = **w** I 6 **ro** I 5 nihil fere de Phaedro I 4 habet praeter epimythium. nam quod est in **ro** *Amittit proprium quisquis alienum adpetit* id ex Phaedro exscriptum ab **Ro**, non a π. cuius videtur esse quod habet **w**': *sic omnes avidi sua amittunt et aliena obtinere non possunt.* quod est contaminatum adhibito et Phaedri promythio *Amittit merito proprium qui alienum adpetit* et altero promythio tali quale eiusdem fabulae apud Ps.-Dositheum p 44 l = 97 p *Sic multi homines incerta dum captant (capiant p) amittunt sua.* cetera autem huius fabulae π habet non ex Phaedro. atque in his a Phaedro discrepantibus π cum Ps-Dositheo congruit: *cuius* (i. e. carnis) *umbram* π = *carnis umbram* **Dos**: *simulacrum suum* (i. e. canis) **Phaedr**, cf. τὴν ἑαυτῆς σκιὰν Aes. 233 H; *cum flumen transiret (transiens* ro*)* π, *flumen transibat* **Dos**, cf ποταμὸν διέβαινε Aes 233 H: *per flumen dum ferret* **Phaedr**, cf. Babr. 79 παρήει ποταμόν. aliis autem a Ps-Dositheo, aliis et a Phaedro et a Ps Dositheo discrepat π: (canis carnem

illam) ***suspicatus est maiorem esse*** ⟨*ea*⟩ ***quam ferebat*** (l: *veram esse* p) **Dos**, cf ὑπέλαβεν — μεῖζον κρέας Aes: *aliam praedam ferri putans* **Phaedr**: om. π; *illam quam portabat fluvius sustulit (prius tenebat — tulit* ro*)* π, cf ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ παρεσύρη Aes: om **Phaedr Dos**; *eripere voluit* **Phaedr**, *voluit rapere* (dum tollit l) **Dos** p, cf ὥρμησεν ὡς τὸ ἐκείνης ἀφαιρησομένη Aes: *patefecit os ut illam teneret* π. ergo veri simile est has varietates fabulae in Aes Babr Phaedr Dos π cognatas esse et ortas ab eodem fonte, unde alia in alio libro integra manent alia mutata sunt; sed per rivum suum quaeque forma narrationis a communi fonte manavit, et quam narrationem habet π, ea certe non a Phaedro ducta est.

A Phaedri fabula I 6 de ranis nuptias solis querentibus vel potius, credo, a H in π i. e. **w** I 8 **ro** I 7 αδ 10 translata sunt haec: v. 1 *vicini; 2 Aesopus — narrare incipit* (**Ph**: *coepit* π); 3 *uxorem — cum vellet ducere; 5 permotus* (**Ph**: *commotus* π); *quaerit Iuppiter (I — quaerit* π*)*; 9 *quidnam futurum est si crearit liberos* **Ph**, *q. erit fut. nobis si crearit filios* π. sed tamen ipsa narratio in π similior est Aesopeae 77 b H quam Phaedro. nam in π omnis natura solis nuptiis laeta gratulansque inducitur ut in Aesopea πάντα δὲ τὰ ζῶα ἔχαιρον ἐπὶ τούτῳ, quod non item fit in fabula Phaedri; eadem omnis natura solis aestu ita dicitur vexari in π ut silvae in Aesopea, lacus autem apud Phaedrum exuruntur. *Nunc omnes unus exurit lacus* **Ph**: μόνος ὢν ὁ Ἥλιος πᾶσαν ὕλην ἀποξηραίνει **Aes**: *modo* (i. e. nunc) *unus Sol est et aestu suo omnia *torret* (sic conieci: *turbet* αδ, *-at* **wro**) *omnia, ut deficiat simul omnis natura* π. ergo π hanc fabulam aliunde sumptam contaminavit, aut Phaedro aut H, cuius fabula non iam extat, adhibito.

In fabulam de vulpe et persona ex Phaedro I 7 π i. e. **w** III 6 **ro** II 14 F transtulit illud *quanta species cerebrum non habet*. at ut in Aesopea 47 ἀναλαβοῦσα ταῖς χερσὶν (ἐπάρασα), ita additur in π *semel et iterum vertit*, cuius rei mentionem fabula Phaedri non facit. sed de hac fabula iudicium sustineo.

Nobilissima illa de ranarum regibus fabula qualis esset apud paraphrasten antiquum H p. 4 ostendimus. nunc igitur eandem fabulam exscribam primum ex **w** III 7 et **ro** II 1, quibus comparatis conicere poterimus qualis fuerit in π.

w III 7. De insueto officio

— —

Rane baccantes, inquid, in liberis paludibus clamore ad Iovem *facto *(add w^2)* petierunt sibi regem qui errantes *corrigere*t*. Iupiter haec volentibus risit; deinde rogare coeperunt. Iupiter autem pissimus *m*i*sit *in* stagno (-um w^2) lignum magnum *quo* sono paventes *fuger*u*nt (-ent w^1) et ac diutius *absconder*u*nt (-ent w^1) deinde una protulit super stagnum caput, volens nosse missum regem. natantem (w^1) ut vidit **l*ignum cunctas vocat ad nosse. *Ill*ae* (-as w^1) timore *plen*ae* (-o w^1) natan⟨*t*⟩ ⟨salutare⟩ regem suum. ⟨*Ergo ut n*⟩*ullus* ⟨*erat in ligno*⟩ spiritus ⟨*hoc*⟩ ***sentientes*** ascenderunt supra lignum et viderunt esse nihil. Iterum rogare *c*oe*perunt ut daretur quod timerent. Tunc misit hydrum [id est magnum serpentem]; qui secutus dente aspero singulas devorabat. Tunc rogare cōeperunt: „Succurre, iupiter, morimur"; et contra altitonans: „Quia no*l*uistis bonum (sufferre *add* w^2) sustinete malum".

ro II. 1 *ex cod B p. 51 Oesterl. collato F p. 484 Herv.*

Ranae inquit vacantes in liberis paludibus (et stagnis) clamore magno ad Iovem facto petierunt sibi *rectorem*. qui errantes corrigeret. *Cum* haec *vellent*. risit iuppiter deinde (iterum clamorem fecerunt. Cum nulla signa viderent potius) rogare coeperunt. Iuppiter pius innocentibus misit in stagno lignum magnum (tigillum). quo sono paventes fugerunt. Postea vero una protulit super stagnum caput volens nosse (cunctarum) regem. ut vidit lignum cunctas advocat. (Aliquae) timoris plenae natant salutare magnum rectorem. (Aliquae accedunt pavide simul.) Ergo ut nullus in ligno spiritus ⟨*erat hoc*⟩ sentientes ascendunt *super* illud et intelligunt esse nihil et conculcaverunt pedibus. Iterum rogare coeperunt. Tunc iuppiter misit illis ydrum [id est magnum colubrum.] qui singulas *necare coepit. Tum voces cum lacrimis ad sidera tollunt*[2]. Succurre iuppiter. morimur. E contra illis altitonans. (Cum vos peteretis nolui. cum vellem iniuriose petistis. et) quia noluistis bonum ferre. sustinete malum.

Primo igitur obtutu apparet π in hac quoque fabula multa habere de Phaedro. nec tamen de Phaedro ipso sed de II. habent enim II et π communia quaedam quibus a Phaedro discrepent. *liberis* **Pnaedrus** v. 10: *in l.* II π; *magno clamore* **Ph** v. 11: *magno* om II **w** (add ro); *petiere* **Ph** ibid: *-unt* II π; *pater deorum* **Ph** v. 13: *Iu(p)piter* II π; *evocat* **Ph** v. 18: *advocat* (vel *vocat ad*) II π; *vestrum* — *bonum* **Ph** v. 29: *vestrum* om II π; *perferte* **Ph** ibid; *sustinete* II π. at plura π a II et Phaedro discrepat. in quo numero sunt opinor nonnulla a diasceuaste profecta. sed illa potius ab alio fonte repetenda sunt quorum similia et in Aesopo graeco 76 H nec in Phaedro inveniuntur: *pius innocentibus* (*piissimus* **w**, pius i. e. clemens benignus) π, cf ὁ δὲ συνιδὼν τὴν εὐήθειαν Aes: deest **Ph** II; *lignum magnum* π, cf ξύλον Aes: *parvum tigillum* **Ph**, *tigillum* II (quod ex II post irrepsit per interpolationem in **ro**), item δοκόν 126 Bodl (ex Babrio?); *ut nullus in ligno spiritus erat* π, cf ὡς ἀκίνητον ἦν τὸ ξύλον Aes: omisit **Ph** II. illud autem in π non invenimus quod commune est Phaedro v. 23 cum Aesopo graeco *Inutilis quoniam esset qui fuerat datus* τὸν γὰρ πρῶτον λίαν εἶναι νωχελῆ. ergo in hac quoque fabula π contaminavit II aliumque fontem quasi intermedium inter Phaedrum et Aesopum graecum.

Fabulae de cervo ad fontem cornua laudante culpante pedes hae extant antiquae formae: latinae Phaedr I 12. Ps-Dosith 40 l. 95 p, π i. e. αδ 41 ro III 7 w III 10; graecae Babr 43 cum paraphr. et Aes 128 H. hae inter se iam discordant iam consentiunt, et quidem aliae aliis locis. nunc ea modo afferemus ex quibus maxime videamus quomodo cum quaque illarum forma π coniuncta sit. haec igitur cum Phaedro π consentit. *crura tenuia* π *crurum tenuitatem* **Ph** *crurum exilitatem* **Dos** τοῖς ποσὶ — ὡς λεπτοῖς οὖσι καὶ ἀσθενέσιν **Aes**: χηλῆς μὲν εἴδει καὶ ποδῶν **Babr**; — *at ubi silva cum suscepit* π *silva tum excepit ferum* **Ph**: *sed ubi in*

---

[1]) Adn. critica ad w III 7. *Quae τῇ διπλῇ* ⟨ ⟩ *notavi:* salutare, ergo ut n- in ligno, sent-, *haec addidi ex* **ro** (erat — hoc *autem ex coniectura*); *quae autem sine diple reddita sunt litteris obliquis, ea sunt manus secundae w^2 in rasura.* — natan'|| (-re videntes *in ras w^2*) r. s. a. s. l. cunctas vocat nosse et nllus supra spir. w^1. — *in tit.* officio *scripsi i magistrata):* officium.

[2]) Adn. critica ad ro II 1. Sigma et antisigma ( ) *adhibui ad insigniendas interpolationes Romuli proprias*, litteras obliquas *ad discrepantias.* — 2) *cf Verg. Aen. XI 37 et VIII 70.* — 3) vellem iniuriose *(i. inverecunde) F*: nollem invidiose *B.*

spissum et condensam silvam incidit **Dos** ἐπεὶ δὲ σύνδενδρον ἦλθεν εἰς ὕλην **Babr**; in principio fabulae nec π nec **Ph** habet hoc *aestivo tempore siti deficiens* ὑπὸ τὸ καῦμα διψήσας **Babr** δίψει συσχεθεῖσα **Aes**. sunt autem quae a Phaedro discrepet π consentiens modo cum Aes modo cum Dos. *cornua magna videns* (laudare coepit) π ἐπὶ μὲν τοῖς κέρασι (ἠγάλλετο) ὁρῶσα τὸ μέγεθος **Aes**, cf *cornuorum naturam excelsissimam* Dos: *ramosa mirans* (laudat) *cornua* **Ph**; — *audiens canum latratus et venatorum voces* (vel *a. c. et ven. voc. latr.*) π *latratus canum subito audiit et venatores* **Dos**: *venantum subito vocibus conterritus* **Ph**: κυνηγέτας ἄνδρας εἶδαν ἐξαίφνης **Babr**: λέων ἐπιφανεὶς ἐδίωκεν αὐτήν **Aes**. denique quae verba sub mortem cervum dicentem facit π haec non praeter unum *utiliora* cum Phaedro sed cum Babrio et Dositheo congruunt. *utiliora mihi vituperavi deceptiosaque laudari* π *vituperans quae salvabat eum laudans autem a quibus deceptus esset* **Dos** οἱ γάρ πόδες μ' ἔσωζον οἷς ἐπῃδούμην Τὰ κέρατα δὲ προὔδωκεν οἷς ἐγαυρούμην **Babr**; quod paullo aliter Phaedrus *Utilia mihi quam fuerint quae despexeram at quae laudaram quantum luctus habuerint.* hanc igitur fabulam a communi fonte ortam postquam modo suo quisque editor variavit, π denique novissimus narrationem sui fontis similem Phaedro sed similiorem Ps-Dositheo contaminavit leviter adhibito Phaedro, quo propius ad Phaedrum accessit.

De monte parturiente fabulae prima verba a Phaedri IV 23 furatus π i. e. **w** IV 14 **ro** II 5 praemisit narrationi sumptae aliunde. nam non totam a Phaedro hanc fabulam π habere apparet ex eo quod Phaedrus dicit exspectationem partus illius in terris fuisse magnam, π metum ac pavorem. qua re consentit cum Athen. XIV 616. 6 ὤδινεν ὄρος Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο. tres huius fabulae formae antiquae sunt, una Phaedri, altera in π et apud Athenaeum, tertia contracta in proverbium Diogenian. VIII 75 Hor. a. p. 139 Porph. ad h. l.

Et haec quidem de fabulis generis π*π. nam supervacaneum et longum est omnia singillatim perlustrare. quamobrem quoniam hactenus versati sumus in iis quae etiam in codicibus Phaedri extarent, ex eo numero eas potissimum selegi quae aliquid difficultatis habere viderentur. sed ex his efficitur multas esse fabulas generis π ex quibus nihil aut non multum utilitatis ad recensionem Phaedri possit percipi ceterisque eius generis utendum esse caute et circumspecte.

Et hactenus quidem versati sumus in fabulis generum Π et π et *π vel iis quae Phaedrum magis minusve imitentur.

Sunt autem fabulae in **Ro** (i. e. αδ **ro**) — non in **w** — quae cum Phaedro cognatione iungi videantur nulla.

Ac primum de iis quorum argumenta inveniuntur etiam in Phaedro.

Est fabula nota de equo qui ut adversarium pelleret hominis implorasse opem dicitur frenumque recepisse. eius argumenti alia forma est **Ph** IV 5, alia **ro** IV 9. Phaedrus rem narrat fere eodem modo quo Babrius 159, Romuli fabula magis congruit cum Stesichoro apud Aristotelem rhet. II 20 et Horat. ep. I 10 84 sq.

Et ne illa quidem de asino et leone fabula quae est **ro** IV 10 videtur orta esse a **Ph** I 11. apud Phaedrum enim venans leo asino utitur ministro, quem iubet voce territas feras e latibulis excitare; apud Romulum autem neque ulla fit mentio venationis nec imperio leonis vocem tollit asinus, sed sua sponte et gloriandi causa cum forte leoni fuisset obvius. mecum de his fabulis consentit Luc. Mueller de Phaedri fabl. p. 18 sed cur ita sentiat non docet.

Luc. Mueller l. c. sagaciter invenit quod feratur praemissum fabulae de leone regnante Ph. IV 13 promythium «*Utilius homini nihil est quam recte loqui.*» *Probanda cunctis est quidem sententia Sed ad perniciem agi soles sinceritas*, id non ad illam fabulam posse pertinere sed ad fabulam de simio regnante vel de duobus hominibus altero veraci fallaci altero. at non satis crediderim Muellero fabulam **ro** IV 8 eiusdem argumenti Romulum sumpsisse a Phaedri exemplari integro. nam — ut non dicam nihil in hac fabula Romuli inesse quod certam et expressam habeat Phaedri similitudinem — codex Wissemburgensis (**w**) satis declarat paraphrasten, Phaedri sive posterior (π) Phaedrum ipsum hoc loco sive antiquior Π secutus est, usum codice eodem modo corrupto quo is qui nunc extat codex Pithoeanus fabulas truncas confudit. confer enim haec:

Phaedr. IV 13. 1—5 „Utilius homini nihil est quam recte loqui". Probanda cunctis est quidem sententia Sed ad perniciem solet agi sinceritas. — Cum se ferarum regem fecisset leo Et aequitatis vellet famam consequi A pristina deflexit consuetudine.

w V 2 Et loqui poena est et tacere tormentum. Pro⟨ban⟩da [autem] est cunctis quide⟨m⟩ *haec* (hanc *w*) re sententia[m] sed †sine †paenitentiae solet agi sinceritas. — Cum se ferarum rege⟨m⟩ fecisset fortissimus leo et aequ⟨it⟩atis fama⟨m⟩ consequi more regum vellet renuntiavit prioribus actis mutans consuetudinem. etsi igitur **w** usus est codice eodem modo turbato, tamen eodem pleniore quam Pithoeanus est; quia in **w** ut in **Ro** = **ro** III 20 $\alpha\delta$ 49 mansit aliquid ex promythio fabulae de leone regnante. verba huic fabulae aptissima: *Et loqui poena est et tacere tormentum.* adicio eundem locur ex **Ro**:

ro III 20 $\alpha\delta$ 46 Et loqui poena est et tacere tormentum ut probat haec subiecta fabula. — Cum sibi ferae regem fecissent fortissimum leonem ille voluit more regum bonam famam consequi, renuntians prioribus factis mutat consuetudinem.

Hanc igitur fabulam ut ceteras paraphrases Phaedri **Ro** sumpsit indidem atque **w**. nam sic cetera quoque fabulae verba in **w** similiter scripta sunt atque in **ro** et eodem fere modo — levissimis quidem mutationibus — a Phaedro discrepant. quod ad initium fabulae, quod supra exscripsimus, attinet, satis erit conferre Phaedri versum quintum cum π i. e. **WRo** *A pristina deflexit consuetudine* **Phaedr**: *renuntiavit prioribus actis mutans consuetudinem* **w**, *renuntians prioribus factis mutat consuetudinem* **Ro** (= **ro** $\alpha\delta$). agnoscimus communem fontem. iam cur verba illa *Probandu — sinceritas* desint in **Ro**, sint in **w** si quaerimus, non probabile est ea non fuisse in π addita denique in **w** (aut **W**), cum nulla eius generis additamenta peculiaria, quod sciam, sumpta a Phaedro ipso habet **w** — **W** enim periit eiusque memoria omnis sita est in **w** — qui quidquid cum Phaedro conspirat id habet translatum

[1]) *quod est in* **ro** *promythium, idem in* $\alpha\delta$, *ut fieri solet, epimythium.* ut — fabula *om* $\alpha\delta$. — voluit ille mores bona fama **ro**. — factis ren. prioribus $\alpha\delta$. — et mutavit **ro**.

ex π. relinquitur igitur ut putemus verba illa omissa esse ab Romulo. quod per se consentaneum est diasceuasten illum, si modo sana mente ac iudicio usus est, alteram sustulisse sententiam, cum inter se minus aptae essent: altera enim dicitur quid adipiscaris loquendo quid tacendo, altera quid verum dicendo.

At enim etiamsi haec vera sunt, etiamsi **Ro** fabulam de rege leone ab eodem illo paraphraste π, unde **w** sumpsit, tamen de rege simio fabula potuit alia via ab eo codice Phaedri in quo fabulae illae non essent confusae et utrique suum promythium praemissum, in **ro** pervenire. quod si ita sit iure mirum videatur quod in hac de rege simio fabula nihil promythii Phaedri extat in **Ro** i. e. **ro** IV 8 $\alpha\delta$ 51 et promythium est longe diversum *Malis hominibus qui fallatiam et malitiam amant, honestatem et veritatem lacerant* $\alpha\delta$, *fieri* [et] *a malis hominibus solet ut fallacia et malitia ametur et honestas vel veritas laceretur* **ro**. accedit quod quaecumque est et in **Ro** et in **w** cuiusque fabulae Phaedrianae paraphrasis tam sibi similis ambobus est locis ut indidem vel a paraphrasta ambobus communi quem π littera notare soleo profectas et eiusdem paraphrasis formas geminas esse appareat. ergo nihil est quod cum Haveto ed. p. 104 coniectemus harum de regibus simio et leone fabularum memoriam alia via in **w**, alia in **ro**, alia in $\alpha\delta$ pervenisse.

Ergo quoniam neque in fabula hac de simio rege **ro** IV 8 $\alpha\delta$ 51 quidquam sit quod confirmet eorum sententiam qui hanc fabulam a Phaedro in **Ro** translatam esse existimant et quasdam ab causas illa minus potest probari, sic iudico hanc fabulam non a Phaedro sed aliunde sumptam esse.

Plures sunt fabulae quas **Ro** non ex Phaedro habeat, de quibus agam cum disputabo de iis fabulis quae non extant in Phaedri codicibus.

II.

De libris fabularum $\pi^*\pi$.

Cum quaereremus de generibus paraphrasium fieri non potuit quin attingeremus coniunctam quaestionem de libris. nam et codicem Ademari (**Ad**) duas fabularum collectiones continere videbamus (p. 12 sq) Aδ et $\alpha\delta$, quarum Aδ erant generis Π, $\alpha\delta$ autem partim generum $\pi^*\pi$ (p. 13) partim non Phaedrianae (p. 13); codicem Wissemburgensem (**w**) cum fere totus esset generum $\pi^*\pi$ tamen additas habere tres de codicis **Ad** archetypo A$\delta\alpha\delta$ sumptas fabulas V 9—11, ex quibus **w** V 9 et 10 sunt generis Π, **w** V 11 generis π (p. 15 et 19). item pauca dixi (p. 14 sq) de fabulis aliter in aliis libris collocatis, cuius rei universum conspectum proponam aliquando in commentatione ea qua agam de iis fabulis quae non extant in Phaedri codicibus. nec vero adhuc exposita sunt plurima eorum quae utenti his libris opus sit cognovisse.

Ac primum cognatione quadam hos libros $\alpha\delta$ **ro** **w** contineri etsi adhuc non operam dedimus ut demonstraremus, tamen satis apparet ex ipsis exemplis quae priore disputationis parte allata sunt (v. p. 7 sq; 9; 10 sq; 11; 12; 18; 20 sq; 22 sq; 25). nunc vero accuratius de hac re disputandum et primum definiendum quatenus haec cognatio pertineat. neque enim pertinet ad totos. nam codex **Ad** quidem — quod quidem videbamus p. 12 sqq. — cum duo genera contineat, unum Aδ a Π ortum, alterum $\alpha\delta$ quod est stirpis Romuleae. quod dixi p. 12 sq et p. 14 sq. generis Aδ (vel Π) nihil est in reliquis libris praeter duas illas fabulas V 9 et 10. de quibus p. 6 et 15. restant igitur fabulae $\alpha\delta$, quas partes codicis **Ad** codicibus **ro** cognatas esse mox demonstrabo accuratius. cum autem **w** nullas fere habeat fabulas nisi generum π et $^*\pi$, $\alpha\delta$ et **ro** i. e. Romulus continet etiam fabulas generis diversi, quam rem attigi breviter p. 24 sq. post de ea re plura dicam in commentatione de iis fabulis quae desunt Phaedri codicibus. atqui fabulae eae quae non cohaerent cum Phaedro vel non sunt generum π et $^*\pi$, quia desunt codici **w** nimirum excludi debent hac quaestione, qua agatur de cognatione librorum **Ad** et **ro** et **w**. restant igitur denique et eae librorum **Ad** **ro** partes quae continent communes et cognatas fabulas generum π et $^*\pi$ et universus liber **w** praeter V 9 et 10.

quoniam igitur constituimus fines intra quos versetur haec disputatio et ad recensionem Phaedri et ad cognitionem fabularum latinarum maximi momenti de cognatione *αδ* **ro w**, nunc ad rem ipsam aggrediamur.

Esse igitur cognatos hos libros etsi iam vidimus, tamen quo magis res illustretur haec adicio exempla, quibus archetypum communem π*π, quantum fieri poterit — etenim valde est lubricum — revocare ac restituere conabor.

Phaedri I. 6. Vicini furis celebres vidit nuptias (2) Aesopus et continuo narrare incipit:

(3) Vxorem quondam sol cum vellet ducere (4) Clamorem ranae sustulere ad sidera. (5) Convicio permotus quaerit Iuppiter (6) Causam quaerelae. quaedam tum stagni incola: (7) «Nunc», inquit, «omnes unus exurit lacus (8) Cogetque miseras arida sede emori. (9) quidnam futurum est si crearit liberos?»

*π. De malo peior nascitur.

Vicini *furis* frequenta*bant* nuptias. (2) Aesopus *interveniens illos* gratulari *ut vidit,* continuo narrare coepit:

(3) Vxorem cum vellet ducere sol. (4) *omnis natio interdixit et* magno clamore Iovi convici*antes* non tacuerunt. (5) Iuppiter commotus *ab* illis causam iniuriae quaerit. tunc unus ex illis: (7) «Modo», inquit, «unus est sol et aestu suo **torret* omnia (8) *ut deficiat omnis natura.* (9) quidnam erit nobis futurum cum creaverit fili*um*?»

Phaedri I 12. Laudatis utiliora quae contempseris (2) Saepe inveniri testis haec narratio est.

(3) Ad fontem cervus cum bibisset restitit (4) Et in liquore vidit effigiem suam. (5) Ibi dum ramosa mirans laudat cornua (6) Crurumque nimiam tenuitatem vituperat, (7) Venantum subito vocibus conterritus (8) Per campum fugere coepit et cursu levi (9) Canes elusit. silva tum excepit ferum. (10) In qua retentis impeditus cornibus (11) Lacerari coepit morsibus saevis canum. (12) Tunc moriens edidisse vocem hanc dicitur: (13) «O me infelicem! qui nunc denum intellego (14) Utilia mihi quam fuerint quae despexeram (15) Et quae laudaram, quantum luctus habuerint.

*π. (1, 2) Laudamus saepe inutilia et vituperanus bona.

(3) Cervus ad fontem bibens (4) sua cornua magna *ut* vidit nimis laudare coepit; (6) crura tenuia vituperat (7) *mox audiens* canum et venatorum voces latratus, (8) fuga per campum *ducitur* (9) *et sic* evadit Molos*[sos]. at ubi* silva *eum suscepit* (10) magnitudo cornuorum venantibus eum retinuit. (12) tunc mortem videns ait: (13) Utili*ora* mihi vituperavi (15) et deceptiosa laudavi».

Adnotatio critica. Phaedri I. 6. 3. Sol cum vellet **P¹R′(W** : solem velle *P² Pithoeus.* — **8.** coget **PR′**: cogit π. — **9.** crearit *Pithoeus* (creaverit π): crearet **PR′**.

π. w I. 8; *αδ* 10 ro I 7. Vicini qui erant illi (illi *w¹*: furi *w²*) *w*: Viri *αδ*: Vicini qui erant fures **ro** frequentare *w¹*. — **2.** Aesopus *W*: sapiens **Ro**; *cf Ph III 14. 16.* — interveniens **w**: intervenit dicens *αδ*: cum intervenisset **ro.** — illos *scripsi:* vicinos **wro.** — ut vidit **ro**: aspexit **w**; illos — coepit *om αδ.* — Audite (inquit) gaudia vestra *add* **Ro.** — **3.** cum vellet **W**: voluit **Ro.** — sol′

erasum in w. — omnis natio interdixit *add ex* **Ro**. — conviciantes *scripsi:* conviciis *w*: convitiis **Ro**. — **5**. ex illis **w**^{2}, ab illis **ro**: illis αδ **W**. — causam **W**, causas **ro**. — **7**. inquid **W**: ait **Ro**. — torret *scripsi:* turbat. — **8**. verum cogit omnia petere (*fueratne* perire?) **w**^{1}: ut deficiat (simul) omnis natura **Ro**. — **9**. cum sol **Ro**. — filium **w**^{1}: filios **Ro**; *cf* liberos **Ph** = filium, *ut Plautus et Terentius.*

Phaedri I. 12. 1. testis h. narr. e. **D**: h. asserit narr. **PR**. — **12**. edidisse v. h. *Heinsius:* dedisse v. h. **D**: v. h. edidisse **PR**. **14**. utilia m. q. f. **D** (π): ut illa m. quam profuerint **P**^{1}**R** (quantum **P**^{2}).

π. w III 10; αδ 41: ro III 7. — **1**. *promythium quod fuerat in* **w**^{1} *erasum a* **w**^{2} *praeter* laudamus, *idem epimythium in* **Ro** *(in* **ro** *et promyth et epimyth).* — s(a)epe **ro** *epim., cf Ph*: plerumque αδ: aliquando **ro** *prom. w*^{2} *(in ras.)* — et quae necessariora sunt *add* **ro**. **3**. ad fontem αδ: de fonte **w ro**. — **4**. videns αδ. — **5**. nimium **Ro**. — **6**. crura vero **Ro**. — tenuia αδ *w*^{2}, tenua **ro**, tenues **w**^{1}. — vituperabat **w**: vituperat αδ: vituperavit **ro**. — **7**. mox audiens c. et v. v. latratus αδ: cum haec cervus ad fontem faceret (fac. *erasuum in w*, ageret *w*^{2}) venatoris (-em subito w^1) voces audivit (aud *om* w) et (et *om w*) canes repente latrare coeperunt (coep. *om w*) **w ro**. — **8**. fuga (cervus) per campum **Ro** *cf Ph:* cervus currens **w**. — ducitur et sic evaditur αδ: dicitur evasisse **ro**: evasit **w**. — **9**. Molossos *scripsi* (Molosos *Luc Mueller*): molos **ro**, malos **w**; αδ. — at ubi silva eum suscepit **ro**, at ubi silvas s. αδ: in silva ... **w**. — **10** magnitudo autem **w**. — rete retinuit αδ, *fortasse fuerat* irretitum retinuit, *ut Phaedrus* retentis impeditus cornibus: retinuit **w ro**. — **12**. mortem suam *ro*. — **13**. utiliora mihi **w**: quae mihi erant utilia **ro**, *om* αδ. — Sic et nos laudamus sepe (quia plerumque laud. αδ) inutilia et vituperamus bona *add* **Ro**; Deinde credo dictum: Noli laudare ne habeas quod vituperes *add* **w**.

Phaedri I. 17. Solent mendaces luere poenas malefici.

(**2**) Calumniator ab ove cum peteret canis (**3**) Quem commodasse panem se contenderet, (**4**) Lupus citatus testis non unum modo (**5**) Deberi dixit, verum adfirmavit decem. (**6**) Ovis damnata falso testimonio (**7**) Quod non debebat solvit. post paucos dies (**8**) Bidens in fovea conspexit lupum. (**9**) «Haec», inquit «merces fraudis a superis datur».

π (**2**) Canis calumniosus dixit deberi *sibi ab ove* panem (**3**) quem ded*isset* mutuo. Contendebat autem ovis numquam *se* ab illo panem accepisse. cum ante iudices venissent canis se dixit habere testes. **4**. introductus lupus dixit: «Pane*s sibi* commodat*os me quo⟨que⟩ praesente accepit.*» milvus introductus *sic ait:* «Coram me accepit *restituendum.*» accipiter dixit: «*Iura⟨sti⟩ te reddere* quae accepisti.» (**6**) Victa ovis testibus falsis *iudicatur statim reddere. quae cum lacrimis ante tempus* lana*m* suam coact*a* vendidit *ut* quod non acceperat redd*eret.*

Phaedri app. 1. Vulpem rogabat partem caudae simius. (**2**) Contegere honeste posset ut nudas nates. (**3**) Cui sic maligna: Longior fiat licet. (**4**) Tamen illam citius per lutum et spinas traham (**5**) Quam tibi ⟨*ego*⟩ parvam quamvis partem impartiar.»

(**6**) Te nunc, avare, ⟨*nostra*⟩ fab*ella* increpat (**7**) Qui ⟨*amico egenti*⟩ non das quod superat tibi.

π. *w IV 12; αδ 46: ro III 17.* De divite avaro et paupere.

Simius rogabat vulpem ut de magnitudine caudae sibi daret (**2**) unde nates suas turpissimas tegeret. «Quid enim *opus est*», inquit, «ut sit cauda tantae longitudinis, quam per terram trahis?» (**3**) cui vulpes: «Plus fiat longior et ⟨*tam*⟩ magna

(4) ut per terram illam traham, sive *per petras sive* per lutum et spinas, (5) ne tu meo tegimine pulcher videaris!»

(6) Avare, te nunc increpat fabula, (7) qui non das id quod tibi superat.

Phaedri I. 17. *titulus in* **P**(**R**?): Ovis canis et lupus. Canis ad ovem lupus testis commodasse contendit. — **Vers 1.** malefici *Rigaltius:* maleficii. — **3.** commodasse **D** *[P (R) in tit]*, cf *dedisset mutuum π: cummendasse **PR h. l.** — se **D**: sese **PR**. — **8.** Bidens *Heins.*, Videns **D**: **P**(**R**?). — prospexit in fovea **D**.

π. w I 2; αδ 5; ro I 4. promythium aliud in ro, aliud in w, utrumque et longum nec ullius momenti. — mutuo *αδ corr.* **w**^{1}: mutuum *w^{2}ro.* — **2.** dixit ad ovem: „Debes mihi reddere panem quem dederam mutuo *αδ*. — dederat *w ro.* — **3.** contendèbat pro se ovis quod numq. ab illo accepisset **w**: contendebant autem. ovis autem dicebat numq. — *αδ*. — **4.** sibi commod. *w*^{2}: se comm. *W*^{1} lupus ait:“ Scio panem commodatum (commendatum *ro*) ovi **Ro**. — milvus: „— — accepit“ inquit **ro**. — restituendum *om* **Ro**. — accipiter introiens ait: „Negas tu quod accepisti“? *αδ*; acc. cum introisset i.: „Negas —“? **ro**: acc. dixit: „Iura te reddere que accepisti“ **w**. — **6.** Victa ovis testi ||| falsis indicatur statim reddere. quae cum lacrimis ante tempus lanas suas coactas vendidit et calumniatoribus reddidit quod non accepit **w**, *alia αδ* **ro**. — *Epimythium in w:* Haec in calumniosos re||dit fabula; *in αδ*: Qui seditiose innocentes laniant et opprimunt; *in* **ro**: Sic calumpniosi faciunt mala innocentibus et miseris.

Phaedri app. 1. 5. Quam tibi impartiar parvam quamvis partem *NV (Perottus): correxi.* — **6, 7.** *Epimythii temptari restitutionem ex π collatis his quae supra scripta sunt a Perotto:* Avarum etiam quod sibi superest non libenter dare.

π. w IV 12; αδ 46; ro III 17. **1.** simia *αδ*. — **2.** natos suos turpissimos **w**^{1}**ro**. — cooperiret w. — Q. e. utile(?) inq. ita *αδ*: Quid enim i. utile est tibi ut sis ponderosus **ro**: Quod est apus **w**. — sit cauda tantae longitudinis *αδ*: sine causa tanta longitudine **w**: sine causa tantaeque longitudinis cauda tua **ro**. — **3.** plus longior **w** *(i. e. 'potius longior' vel 'multo longior' vel 'immo longior'; cf. Roensch. Symb. semasiol. II. s. v. et Leo Ind. Venantii s. v.):* pilus l. *αδ*; utinam longior esset et maior *ro.* — magna *scripsi:* magna *αδ* ma ||| **w**^{1}: maior *ro w*^{2}. — per terram **Ro**; ad terram **w**. — Sive per petras et spinas et lutum **ro**: ptras et spinas *αδ*: sive per lutum et spinas **w**. — ne meo tegimine pulcher v. **w**^{1}: ne tu m. tegumento pulcrior v. et locuples **ro**: *om αδ*. — *Titulus supra scriptus in* **w ro**: Inter divitem et paup. talis dicitur fabula **ro**: De divite avaro et paupere **w**.; *cum epimythio coniunctus in αδ* (De divite et pauperem). *Epimyth.* increpat . . . . . re qui non das id quod tibi superat *αδ*: Nunc fabula increpat ||| qui non dat quod sibi super habundat **w**: O avare, te nunc increpat fabula qui non das quod tibi superat **ro**. (Lectio huius fabulae in *αδ* est plerumque dubia propterea quod litterae sunt oblitteratae et detritae).

Et haec quidem hactenus. quae satis sunt ad propositum nostrum. ex his enim ipsis intellegitur et esse cognatos **w** *αδ* **ro** et quomodo sint cognati. primum igitur hos libros esse cognatos efficitur non ex iis in quibus et inter se et cum Phaedro congruunt, sed ex iis in quibus ita inter se congruunt ut a Phaedro discrepent. quae cum sint in promptu satis erit exempla de una fabula excerpsisse:

Phaedri I. 6

w *αδ* **ro** = *π	**Phaedri codices**
frequentabant (-re)	celebres
(gratulari (*om αδ*))	*om*
(coepit (*om αδ*))	incipit
om	quondam
magno clamore — non tacuerunt	clam. sustulere ad sidera
conviciis (convitiis)	†comvitio (cumvitio)

commotus (conm-)	permotus
inniuria(e)	querelae
tunc unus ex illis	quaedam tum stagni incola
Modo inquit, unus est sol et aestu suo (aestus vera α) omnia †turbat (t. o. *w*)	Nunc, inquit omnes unus exurit lacus . .
erit — futurum (futurum *om* αδ)	futurum est
creaverit filium (-os)	†crearet liberos

Et sic deinceps per omnes fabulas. quod longum est singillatum persequi. inclinatis enim litteris scripsi ea quae ex uno alterove libro adscita substitui in locum eorum quae certo restitui non possunt.

Iam si non modo verbis sed etiam rebus — quod paucis in fabulis fit — αδ et **w** et **ro** a Phaedro discrepant, communes habere solent illas discrepantias. Phaedrus quidem fabula I 6 ranas inducit solis nuptias querentes, in **w** αδ **ro** ranarum mentio non fit (ne credas **w** habuisse ranas illas in lacuna, id quod est etiam in **w** *unus ex illis* non potest ad *ranas* referri, nisi forte dicti sunt *ranunculi;* cf. p. 22. Fab. I 17 Phaedrus unum falsum testem lupum, paraphrases **w** αδ **ro** introducunt tres, lupum milvum accipitrem; Phaedrus ovem consolatur aspectu lupi in foveam lapsi, paraphrases non item; quae ovem quo magis miserandam faciant lanas — et eas extractas *Ro* — vendidisse narrant, Phaedrus non item (v. p. 19 sq). item his fabulis paraphrases rem aliter ac Phaedrus narrant, sed ut inter se, si ab levioribus discrepantiis discesseris, conveniant: Phaedr. IV 1: **w** *IV 5 et 13* αδ *47* **ro** *III* 18, qua in fabula ap. Phaedrum Galli Cybeles sunt qui asellum plagis et sarcinis ad necem onerant, ap. paraphrasten autem negotiatur, v. p. 19; — Phaedr. IV 39: **w** *V 1* αδ *62* **ro** *II 7*, hic Phaedrus narrat suis aurem cariosis dentibus canis vetuli dimitti, paraphrastes aurem leporis *(auditum* **w**. lege *auritum);* Phaedri app 28 lepus venatorem fugiens inducitur, αδ *50* **ro** *IV 3* lupus (deest **w**); — cf. Ph. I 16: **w** *I 13* **ro** *II* 11 F (deest αδ) v. p. 20.

Sin inter se rebus discrepant paraphrases — quod item raro fit — hae discrepantiae sunt recentiores. nam quod est apud Phaedrum I 29. 7 *dimisso pene* eam obscenitatem non antiqui paraphrastae sed monachorum mediaevalium magna verecundia aliis in libris aliter delere studuit: in Phaedro P² scribit *dimisso pede*, in paraphrasi *Π (i. e. Π cum π contaminata) 12 *extenso pede,* omittunt omnino cum pari sententiae ruina **w** *I 11* **ro** *I 11.* Phaedr I 9 **w** *I 10* **ro** *I 9* a cane canis parturiens hospitium petit, αδ 54 a scrofa. sed tamen hanc ipsam fabulam Ademarianam esse generis Romulei cetera verba declarant; satis est primam fabulae partem exscribere: *Canis parturiens scrofam rogavit ut in eius cubile foetus exponeret. at illa roganti concessit* αδ: *Canis parturiens rogabat alteram ut in eius cubile exponeret foetum. at illa roganti concessit ingressum* **ro**. — Phaedrus IV 19 **w** *IV 2* **ro** *I 10* narrat colubrum fotum esse sinu viri, αδ 11 mulieris; sed nihilo minus item haec fabula Ademariana est ab eodem paraphraste orta quo **w** IV 2 **ro** I 10. satis est priorem partem fabulae exscribere (cf. p. 18):

w IV 2 *Frigu et gelu rigente quidam pietatis causa colubrum ad se sustulit et intra sinum suum per totam hiemem fovet. refectus usque ad tempus coepit esse iniuriosus — —*

αδ 11. *Frigore et gelu rigentem quaedam pietatis causa colubrum ad se sustulit et in latere suo habuit et tota hieme fovit. refectus usque ad tempus coepit esse iniuriosus — —*

ro I 10 *Frigore et gelu rigente quidam pietatis causa colubrum ad se sustulit et sub latera sua habuit et eum tota hieme fovit. refectus usque ad tempus coepit esse iniuriosus — —*

Nec vero ab antiquo paraphraste (Π), qui praesertim. religiose vestigia Phaedri premere soleret, sed a posteriore (π) hae — quae quidem non satis frequentes sunt — rerum discrepantiae Phaedrianis fabulis esse videntur illatae. etenim in quibus fabulis Π superstes est — in iis autem αδ deest — si **w** et **ro** rebus ipsis a Phaedro discordant Π cum Phaedro consentire solet. sic Phaedrus I 1 et Π (**Ad** 3) aliter: aliter eandem fabulam narrant **w** *I 1* **ro** *I 2;*

cf Ph I 5 et Π (Aδ 9): **w** *I 7* **ro** *I 6;*
Ph I 2 et Π (Aδ 21): **w** *III 7* **ro** *II 1;*
Ph I 31 et Π (Aδ 22): **w** *III 8* **ro** *II 2.*

Est quaedam fabula de bestiola et camelo quae in codicibus Phaedri desit, in Aδ **w ro** varietur. namque in Π (Aδ 60) sunt camelus et culex, cf. Babr. 84 Aes. 235 Halm κώνωψ καὶ ταῦρος; in **w IV 3 ro** IV 18 camelus et pulex, cf. Aes. 426 ψύλλα καὶ βοῦς. et quia in Aδ 60 certae manent et numeri iambici et Phaedriani sermonis reliquiae, etsi quaedam sunt interpolata contaminata decurtata, tamen videtur superstes haec esse fabula Phaedri; at **w** IV 3 **ro** IV 18 cum simili vel potius eodem fere sit argumento illa quidem sed ceteroquin et rebus et verbis discrepet, originis vestigia sunt paene oblitterata.

Quoniam igitur demonstravimus haec tria genera αδ et **ro** et **w** aut, cum αδ deest, duo illa **ro** et **w** esse cognata, proximum est ut quaeramus quomodo cognata sint.

Primum igitur quoniam quattuor fabularum archetypum exempli causa quantum fieri licebat, restituere conati sumus ex αδ et **w** et **ro**, nunc horum librorum comparatio in illis fabulis ita versabitur ut primum afferamus ea quibus αδ et **ro** (et $\mathbf{w}^2$) ita consentiant ut a $\mathbf{w}^1$ discrepent, deinde quibus $\mathbf{w}^1$ et **ro** ab αδ; denique quibus $\mathbf{w}^1$ et αδ communiter discrepent ab **ro**.

Phaedri I. 6 paraphr. I. *His* αδ *et* **ro** *(et* $\mathbf{w}^2$*) i. e.* **Ro** *communiter discrepant a* $\mathbf{w}^1$. sapiens αδ **ro**: Aesopus **w**. — audite gaudia vestra αδ **ro**: *om* **w**. — voluit αδ **ro**: cum vellet **w**. — omnis natio interdixit et αδ **ro**: *om* **w**. — convitiis αδ **ro**: conviciis **w**. — causas αδ(?) **ro**: causam **w**. — ait αδ **ro**: inquid **w**. — ut deficiat omnis natura αδ **ro**: verum cogit omnia petere **w**. — cum sol αδ **ro**. cum **w**. — filios αδ **ro** $\mathbf{w}^2$: filium $\mathbf{w}^1$. —

II. **w ro**: αδ. illos — coepit **w ro**: *om* αδ. —

III. $\mathbf{w}^1$ αδ: **ro**. illis $\mathbf{w}^1$ αδ: ab illis **ro** (ex i. $\mathbf{w}^2$). —

Phaedri I. 12 paraphr. I αδ **ro**: **w**[1]. *quod epimyth. (et promyth.) in αδ ro, idem promyth in w.* — nimium αδ *ro:* nimis *w.* — crura vero αδ *ro:* crura *w.* — tenu(i)a αδ *ro w*[2]: tenes *w*[1]. — vituperavit *ro* (vituperat αδ): vituperabat *w.* — fuga (cervus) per campum αδ *ro:* cervus currens *w.* — ducitur et sic evadit αδ (dicitur evasisse *ro*); evasit *w.* — at ubi silva eum (silvas αδ) suscepit αδ *ro:* in silva ||| *w.* — magnitudo αδ *ro*: m. autem *w.* — *epimythium aliud αδ ro, aliud w; v. adn. crit.*

II. **w ro**: αδ. de fonte *w ro:* ad fontem αδ. — vidit *w ro:* videns αδ. — mox — latratus αδ: cum haec coeperunt *w ro.* — molos *ro* (malos *w*): *om* αδ. — retinuit (retenuit) *w ro:* rete retinuit αδ.

III. **w**[1]αδ: **ro**. et quae necessariora sunt *ro: om w* αδ. — mortem *w* αδ: m. suam *ro.* —

Append. 1 paraphr. I αδ **ro**: **w**[1]. tegeret αδ *ro:* cooperiret *w.* — Quid enim utile (αδ?) inquit (i. utile) αδ *ro:* Quod est opus *w.* — per terram αδ *ro:* ad terram *w.* — petras αδ *ro: om w.* — (id) quod tibi superat αδ *ro:* quod sibi super habundat *w.*

II. **wro**: αδ. simius *w ro:* simia αδ. — natos *w ro:* nates αδ. — sine causa *w ro:* sit cauda αδ. — tegimine (tegumento) pulcher v. (et locuples) *w ro: om* αδ. — per lutum *w ro: om* αδ. —

III. αδ**w**[1]: **ro**. plus (pilus) longior αδ *w*[1]: utinam longior esset et maior *ro:* magna αδ *w*[1]: maior *ro.*

Phaedri I 17 paraphr. I αδ **ro**: **w**[1]. contendeba(n)t autem ovis αδ *ro:* c. ~~pro~~ se o. *w.* — numquam se accepisse αδ *ro:* quod n. accepisset *w*[1]. — lupus ait: scio panem commodatum (commend-) ovi αδ *ro:* lupus dixit panes se commodatus me quo ||| presente accepit *w*[1]. — accepit αδ *ro:* accepit restituendum *w*[1]. — negastu (quare negasti) quod αδ *ro:* iura te reddere que *w*[1]. — v. o. a tribus falsis t. artius exigitur coacta vero extractam (-s) l. s. v. αδ *ro:* v. o. t. f. iudicatur statim reddere. quae cum lacrimis ante tempus l. s. coactas v. *w.* — ut quod non acceperat (accepit *ro*) redderet αδ *ro:* et calumniatoribus reddidit quod non accepit *w.* — *epimythium aliud w. aliud αδ ro.*

II. **w ro**: αδ. dixit debere (-i) sibi ab ove *w ro:* dixit ad ovem: debes αδ. — quod non accepit *w ro:* quod non acceperat αδ. —

III. **w**[1] αδ: **ro**. mutuo *w*[1] αδ: mutuum *w*[2] *ro.*

Multo igitur saepius αδ et *ro* consentientes discrepant a *w*[1] quam aut *w* et *ro* ab αδ aut *w*[1] et αδ ab *ro* [1]). propius igitur cognati sunt libri αδ et *ro* quam aut

[1]) Contrarium est iudicium Herviosi (Hervieux). is *w* et *ro* gemellos esse, αδ longe diversum ab utroque indicat. Herviosus I. 1[2]. p. 323 „Il est un second fait qui ressort péremptoirement de la comparaison des textes, c'est que, si, comme je l'ai démontré, il y a, sinon identité absolue, au moins conformité presque complète entre le texte de Wissembourg (i. e. *w*) et celui du Romulus primitif (i. e. *Ro*), la dissemblance est au contraire très apparente entre ce dernier et celui *des Fabulae antiquae*" (i. e. αδ). quibus rebus Herviosus in illam opinionem inductus sit, non satis intellego; nisi hoc video eum non perspicere confusas esse in codice Lemovicensi Ademari duas recensiones (Π et π). non igitur discernit αδ ab **Aδ**.

w et *ro* aut *w*[1] et αδ: quod item ex ordinibus fabularum intellegitur. αδ 1 = ro I 1 (= w V 1); αδ 5 = ro I 4 (= w I 2); αδ 10 = ro I 7 = w I 8; αδ 11 = ro I 10 (= w IV 2); αδ 17 = ro I 16 (= w II 10); αδ 18 = ro I 17 = (w II 11); αδ 27 = ro II 18; αδ 29 = ro II 20 (= w II 9); αδ 39 ro III 15 w III 4; αδ 40 = ro III 6 = w III 5; αδ 41 = ro III 7 [= w III 10]; αδ 42 = III 12 (= w IV 8); αδ 44 = ro III 14 = w IV 10; αδ 45 = ro III 15 (= w IV 7 et 16); αδ 46 = ro III 17 (= w IV 12); αδ 47 = ro III 18 (= w IV 5 et 13); αδ 48 = ro III 19 = w IV 5 et 16; αδ 49 = ro III 20 = w V 2; αδ 50 = ro IV 3; αδ 51 = ro IV 8; αδ 52 = ro IV 17; αδ 54 (= ro I 9)(= w I 10); αδ 55 = ro IV 21; αδ 56 (= ro IV 19); αδ 59 (= ro IV 12); αδ 61 (= ro II 10)(= w I 5); αδ 62 (= ro II 7) = w V 1; αδ 63 (= ro II 14) (= w II 37); αδ 65 = (ro II 11)(= w I 12); αδ 66 (= ro II 13)(= w I 14.) cf. p. 14 sq.

Est igitur quaedam ordinis convenientia non aequalis aut absoluta illa quidem, sed ut appareant in singulis illis generibus αδ **ro w** pristini ordinis, qui fuerat archetypi, multa et certa vestigia impressa. sed cum extrema in omnibus sint alio in genere aliter turbata (cf p. 15), reliquis ita concordant αδ et **ro** ut ab iis non raro discrepet **w**. uter ordo sit Phaedro ipsi similior et difficile est dictu, cum non satis multum fidei in hac re possit tribui Phaedri codicibus, nec hoc loco quaerimus. verum tamen nescio an **w** propius absit ab ordine communis illius archetypi π. etenim quod fabula de pullo et margarita (quae est Phaedri III 12) in **w** coniuncta est cum epilogo, in αδ et **ro** cum praefatione, hoc credo ordinem archetypi in **w** potius servatum esse quam in αδ et **ro**, propterea quod praefatio ipsa pristina et epilogus pristinus in **ro** — nam in αδ deest — gravius est mutatus ac turbatus quam in **w**. nec tamen ideo credendum est **w** omnibus locis servasse ordinem paraphrastae π. suis enim corruptelis et turbis laborat **w**. idque maxime in libro IV. et mutilo ab exemplari **w** descriptum esse suspicor propterea quod et nimis exigui sunt quidam libri codicis **w** et sunt fabulae generis π quas solus **Ro** servaverit. cur autem αδ non modo a **w** sed etiam ab **ro** discrepet extremo ordine fabularum, causam turbis Ademariani archetypi propriis contineri intellegitur, si non modo **w** et **ro** sed etiam Phaedri codices ad comparationem adhibueris. nam praeter αδ 66 fabulae extrema in parte collectionis Ademarianae ab ordine codicum Phaedri longius distant quam aut **w** aut **ro**. (cf. p. 15).

Quamobrem etsi deest in αδ praefatio Romuli, quae praefatio eadem nimirum causa qua promythia et tituli vel brevitatis studio omissa est, tamen a p p a r e t αδ q u o q u e e s s e f a m i l i a e R o m u l e a e. e t i n e a f a m i l i a p r i m u m l o c u m o b t i n e t. quae quidem fabulae Romuleae extant in αδ, eorum in plurimis ad verba recensenda et restituenda αδ plus valet quam **ro**, quia plerumque αδ minus quam **ro** ab archetypo distat. nam ut in fabulis illis quas pp. 28 sq. pro exemplis exscriptas habemus versetur disputatio, hoc uno loco in iis veterem lectionem videtur servasse **ro**: paraphr. Ph. 1. 12. 9 *silva eum suscepit;* at tribus locis eiusdem fabulae veram lectionem habet αδ: 3 *ad fontem:* 7 *mox audiens canum et venatorum voces [latratus];* 8 *fuga per campum ducitur et sic evadit,* quod sic corrupit **ro** *fuga per campum dicitur evasisse.* — paraphr. app. 1 **ro** unus nullo loco, αδ unus his locis verum servat:

2. *nates* [*natos* w ro]; — *sit cauda* [*sine causa* w ro]; in eadem fabula αδ cum **w** haec, opinor, ex π, dissentiente **ro**: 3 *plus (pilus) longior* (v. p. 30); *magna.*

Corruptelae manifestae cum sunt multae in αδ, tum nonnullae ex iis corrigi possunt adhibito **ro**. huius generis tamen multa sunt dubia propterea quod **ro** vel Romulus vulgaris recensionem habet factam ab homine non imperito illo quidem sed qui omnia magna licentia retractaret. iam vero illae discrepantiae quae non neglegentia sed studio variandi profectae sunt, eae fere maiore etiam in dubitatione versantur. velut Ph. I 19. *Canis parturiens cum rogasset alteram* Phaedri cod: *Canis parturiens rogabat alteram* **ro**: *Canis p. scrofam rogavit* αδ. quo loco cum dubium forsitan videatur utrum **ro** veram familiae Romuleae lectionem servaverit an ad similitudinem adhibiti Phaedri sit refictus, probabilius illud est in **ro** servari hoc loco vetustatem, quia similiter in **w** est *Canis p. ad alteram dicebat.*

Vitio autem hoc maximo laborat αδ quod is qui collectionem Ademarianam confecit, dum studet brevitati, omnia contraxit multaque omisit. ita multa in αδ supplenda ex reliquis libris. quod frequentissimum et in medio situm satis erit his duobus exemplis ostendere. pro eo igitur quod est Phaedr. I 12. 9 *canes elusit,* π videtur scripsisse *evadit molossos;* cuius verbi *molossos* cum extent reliquiae in **w** et **ro**, omnino omissum est in αδ: *evasit malos* **w**, *evasisse molos* **ro**: *evadit* αδ. — verba illa app. 1. 4 *per lutum et spinas* sic redduntur paraphrastae codicibus: *per lutum et spinas* **w**: *per petras et spinas et lutum* **ro**: *ptras et spinas* αδ. αδ igitur omisit hoc loco duo: unum *per* neglegentia credo librarii, alterum *lutum* consilio epitomatoris. ergo is qui pristinam editionis Romuleae formam restituere volet, ei haud pauca quae desint in αδ, addenda sunt de **ro**. qua in re caute agamus necesse est, quod plurima eorum quae **ro** habet peculiaria profecta sunt non ab archetypo Romuleo sed ab interpolatione novicia. nam Romulus vulgaris, quod dixi, nec inscite et prolixe veterem Romulum interpolavit. quippe gaudet verbositate; ideo multa inepte adicit. vel in promythio Phaedri I 12 *vituperamus bona* αδ: *vituperamus bona* et quae necessariora sunt **ro**.

Prorsus stupidus fuit homo is qui Romuli vulgaris recensionem confecit. qui in verbis dum haeret, sententiam saepe vel neglexit vel non adsecutus est. ut pro Ph IV 23. 1 *Mons parturibat* gemitus *inmanes ciens* (quae fabula deest in αδ). sic scriptum habet **ro** II 5: *Quidam mons parturiebat* geminos (sic!) *magnos;* quanto melius **w**[1] IV 14. *Ubi mus . . . . dabat magnos* gemitus *agens,* unde facile deducimur ad restituenda verba quae videntur fuisse in π: *Ubi *mons *partum *edebat magnos* gemitus *agens;* proxima vero molesta verbositate sic dilatantur in **ro**: *omnis natio cum audivit statim perturbata est. pavent omnia simul,* quanto melius **w**: *omnis natio turbata pavebat.* — Et pro Ph. I 5. 9 *Tum* quia plus valeo *me sequetur tertia,* sic habet **ro** *Tertiam vero mihi defendo* quia plus vobis cucurri (*quia — cuc.* item **w**[2] in ras., **w**[1] erasum). insulsam interpolationem substituit **ro** pro veris verbis quia plus valeo, quibus opinabatur nimirum iterari id quod supra dictum erat: *quia sum fortior vobis,* quasi vero fortior nihil esset nisi validior *(plus fort).* iam ille qui collectionem Ademarianam confecit, pari inscitia sententiam saepe

corrupit: ut quod est Ph. IV 24. 4 *Ubi immolatur* = **ro** II 18. 10 Oest.; (deest in **w**) pro eo sic scriptum est in *αδ* 27 *Ubi immolant episcopi* (!). scilicet homo religiosus, dum studet removere ab illa narratione memoriam paganismi, fecit episcopos paganos. sed ne ipse π quidem hoc vitio caruit: qui ipse dum verborum similitudinem captat, in sententia interdum vel dormitat vel titubat. nam a π credo est profectum illud quod est **w** I 10 **ro** I 9 versus *subiecti* (*subter* **w**) *monent* = Phaedr. I 19. 2; quod cum fuisset in Π, ab illo π, inde deinceps posteriores descripserunt mira oscitantia, quasi versus nomen aptum esset in paraphrastarum prosam orationem. item si non a Π, at a π videtur esse repetendum, quod est in **ro** III 11 *lapidibus et fustibus* debilitatur; quo loco cum Phaedrus app. 12. 11 scripsisset sic: *reddit* debiles vocis similitudinem retinens paraphrastes sententiam in contrarium convertit. in π autem fuisse non debilitat, sed debilitatur ex eo conicio quod **w** IV 15 habet *inmerens pereat*, quod pro illo debilitatur poni potuit, pro debilitat non potuit (cf. p. 10).

Sed ad **ro** redeo. ipsius Phaedri codices videntur interdum esse adhibiti ab librariis Romuli vulgaris. cf. Phaedr. I 3. 7 *impudenti* **ro**[r] **ro**[l] **w**[2] cum **PR**: *imprudenti* **rof** cum **w**[1]; Ph. I 2. 7 *grave illis pondus erat* **ro**[l] (deest in **ro**[r] **rof** et in *αδ*) cf. *grave onus esset* **P**[2]; I. 2. 20 *supra* Π **w**: *super* **PR ro**.

Ex Romuli vulgaris genere est **w**[2]. sed is Romuli codex quem adhibuit **w**[2] et erat vetustior et multis locis alias habuit lectiones atque ii codices Romuli vulgaris qui hodie extant. ut Phaedri I. 1 **ro** I 2 **w** I 1: *non erubuit mendacium praeferre veritati* **w**[2]: *non erubuit veritati* **ro**[l] **ro**[f]; — *tulit* **w**[2]: *eripuit* **ro**[l] **ro**[f]. magni est igitur momenti **w**[2] ad recensionem non codicis **w**, sed Romuli vulgaris sive codices eius consentiunt sive discordant, ut Ph. I. 1. 3 (**ro** I 2) *inferius* **ro**[l] **w**[2]: *inferior* **ro**[r] **ro**[f] cum Phaedri codd. et **w**[1]. sed haec hactenus.

Quoniam de *αδ* et **ro** i. e. de **Ro** egimus, sequitur ut de altera stirpe huius generis, ex qua stirpe extat nullus liber praeter **w**, pauca addamus. cuius archetypus **W** quae quoque loco communia cum Phaedro aut cum **Ro** aut cum utroque habuerit, perspici potest, at nec potest quae quoque loco propria habuerit, nec utrum iam in **W** an in **w** irrepserint vitia quaedam huius generis propria. sed haec duo non tam veteris archetypi **W** quam posterioris et ab eo profectae recensionis propria videntur esse. unum quod cum **Ro** et **ro** ornandi et amplificandi causa multa habeat mutata, aliud consilium elucet in **w** quod innumerabilibus locis verba habet adsimulata sermoni vulgari infimae latinitatis. alterum quod, si ab hoc consilio quod nunc dixi discesseris, in **ro** plura consulto, in **w** plura neglegentia atque inscitia mutata sunt. quamquam sunt in hoc genere quae speciem prae se ferant iudicii, ut illud in **w** III 7 *consilio bono adepti*, quo verius credo **ro** II 1 *consilio vano decepti;* quamquam hoc loco, ut saepius, non facile constituas utrum fuerit in π, cum utrumque multum absit a verbis Phaedri I 2. 4 *conspiratis factionum partibus*. sed permultis locis **w** unus id praebet unde restituantur veteris paraphrastae π verba; quod quidem aliis in fabulis minus fit, in aliis magis. ut in illis quattuor fabulis quas pro exemplis pp. 28 sq. adhibuimus unus **w** videtur habere aut vera aut veris

propiora haec: Phaedri I 6. 2 (**w** I 8) *Aesopus;* 3. *cum vellet;* 7. *inquid;* 8. *cogit;* — I 12. 14 (**w** III 10) *utiliora mihi;* app. 1. 2 (**w** IV 12) *opus est;* (3. *plus longior*); titulus *de divite* [et] *avaro et paupere*; — I 17. 5 *fiura* (fuerat credo **iurasti*) *te reddere*. sed incertum est iudicium de hac fabula, cuius interpolationes in omnibus libris sint permagnae; est enim in eo numero paraphrasium quae sunt in omnibus libris tam deformatae interpolationibus ut pristina forma restitui non possit.

Interpolationum igitur gradus cum plures sint in αδ, **ro**, **w**, idque ita ut paraphrases aliae gravius aliae levius sint deformatae, genera ipsa librorum non raro hoc discrepant. iam Romulea recensio paullo maiore iudicio plerumque est confecta — etsi haec ipsa saepe incredibili inscitia titubat —. **w** vero mirum in modum incondite atque inaequaliter scriptus est. ita inter summas sermonis novicii sordes saepe habet **w** unus impressa quaedam vestigia vetustatis. velut Phaedri fabulam I 19 etsi αδ 54 et **ro** I 9 sermone non optimo illo quidem, sed paullo minus inculto reddunt quam **w** I 10, tamen unus **w**[1] ad vetusti paraphrastae (π) verba propius accedit duobus quidem locis: **v. 1 sq.** *Habent insidias hominis blanditiae mali* Phaedrus: *Blanda verba hominis malifaciunt vel gravis* i n v i d i a s (w[1]: *iniurias* w[2]) **w**: *blanda verba pluribus faciunt* c o n t u m e l i a s αδ: *blanda v. hominis mali graves f.* i n i u r i a s **ro**. si contuleris i n s i d i a s Phaedri et i n v i d i a s **w**, iure coniectes in π et fortasse in **W** fuisse i n s i d i a s; est igitur h. l., ut saepius, **w** specie corruptior, re propius ad verum accedit quam **Ro**. item quia v. 8 est apud Phaedrum (tempore) *hoc quoque consumpto,* in **w** *consumpto quidem tempore* hoc potius in π fuisse putandum quam aut illud quod est in αδ *paululum post tempus* aut quod in **ro** *paulo post tempore*. ergo fuerat olim haec varietas: *consumpto quidem tempore* π **W**: *paululum post temporis* **Ro**. verum tamen ne ideo credas restitui ex **w** posse universam veterem paraphrasin π fabulae Ph. I 19, cetera huius fabulae idem **w** magis etiam quam αδ et **ro** in recentioris sermonis barbariem habet transformata. exempli causa satis est afferre prima narrationis verba: *Canis parturiens ad alteram dicebat ut fetum suum illa* (i. e. i b i, cf francog. *là*) *doleret* **w**: *Canis parturiens scrofam rogavit ut in eius cubile foetus exponeret* αδ: *canis parturiens rogabat alteram ut in eius cubili (cubile* **ro**' **ro**ᶠ*) exponeret fetum* **ro**ʳ (*foetum* **ro**'), cf Phaedr. I 19. 1 *Canis parturiens cum rogasset alteram Ut fetum (PR: fetus* D*) in eius tugurio deponeret*. integriora antiqui paraphrastae π verba h. l. in **ro** servantur quam aut in αδ aut in **w**; nisi dubito utrum fuerit in π *fetus* (sic αδ cum **D**), an *fetum* (quod **ro** cum **PR**).

Quamobrem codex **w** etsi multis in fabulis pariter ac **Ro** et plus quidem quam **ro** valet ad recensionem generis π, tamen minuitur eiusdem pretium incommodo illo quod sermone est valde infuscato infima barbarie. cum enim **Ro** sermonis ornatum quendam sequatur rudem saepe illum quidem et ineptum et fucatum, tamen ut caveatur ne narratio omni cultu careat, **w** in vulgares et infimas sordes penitus demersus est. quamobrem cum et in **Ro** et in **w** verba usu postremae latinitatis minus trita tritioribus frequenter sint mutata, tum hoc maxime factum est in **w**. inde multa eius peculiaria. velut paraphr. Ph. app. 1 pro illo *tegeret,* quod

retentum est in **Ro**, in **w** substitutum est *cooperiret* (cf. romanice *coprire couvrir cobrir cubrir*) [1]).

Iam vero ad aestimationem codicis **w** magni momenti haec sunt quod et **w**[1] est opus hominis rudis neglegentis oscitantis, qui nullam fere exarare posset sententiam quin eam mendis foedissimis inquinaret, et huic incommodo tam gravi gravius illud accessit quod **w**[2], dum adhibito codice Romulei generis manum primam corrigit incredibili prurigine mutandi elatus permulta delevit, quo factum est ut de **w**[1] multa perirent cum detrimento summo. nam **w**[2] nihil valet nisi ad cognitionem familiae Romuleae (cf. p. 36).

Denique quod **w** ex π per rivum suum deductus est, quod utilitatis ex hac re percipi poterat, inde multum detrahitur iis locis quibus ea ipsa quae habet non **w**[2] sed **w**[1] interpolata sunt adhibito codice Romuli vulgaris. quod satis intellegitur ex iis locis quos attuli pp. 32 sq., quibus locis **w**[1] et **ro** ita consentiunt ut ab $\alpha\delta$ discrepent longiusque a Phaedri verbis absint; velut paraphr. app. 1. 2 *natos* **w** et **ro** corrupte: *nates* $\alpha\delta$ recte; paraphr. Ph. I 12. 7 *mox* $\alpha\delta$: *cum haec cervus ad fontem faceret* **ro** et **w**[1] (*ageret* **w**[2]).

Ergo quoniam nimirum recensio paraphrasium earum quae a π sunt ortae id debet spectare ut π restituatur, ubicumque et quantum possit fieri — neque enim semper nec totum hoc licet consequi — ad hanc recensionem opus erit adhibito utroque genere et **W** (**w**) et **Ro** (α + **ro**) sed, ut dixi, tantum perficere saepe non licet; multisque locis, si interpolatio longius processit omniaque sunt gravius deformata, nihil poterimus adipisci nisi imperfectam et adumbratam illius veteris π notitiam. iis locis praeclare actum erit sive ad **Ro** sive ad **W** potuerimus pervenire. nam ne hoc quidem poterit semper effici. maxime vero lubrica ac difficilis est recensio earum fabularum quae cum non extent in Phaedri codicibus ad eas recensendas codices Phaedri etiam adhibere non possumus. sed de fabulis iis quae in Phaedri codicibus non extant quia separatim disputaturus sum aliquando, nunc non disputo.

π = Aesopus ad Rufum.

Iam illa cum hoc quod quaerimus coniuncta quaestio, qui fuerit ille liber π, hoc loco exoritur. quod imprimis ex **w** intellegitur fuisse π Aesopum illum qui ad Rufum scriptus est. cuius quidem syllogae per quinque libros divisae et prologus et epilogus in **w** ita servati sunt ut pauca desint, et suo quidem uterque loco [2]). quod secus est in **Ro** [3]). Romulus enim ille fictus fictum Tiberinum filium alloquens dum Aesopum illum qui ad Rufum scriptus est suum esse a graecoque

1) In Gallia **w** esse scriptum suspicor, quod habet quaedam vetustae Francogallorum linguae similiora. ut **w** III 7 *petierent, fugerent absconderent*, pro *petierunt fugerunt absconderunt*, ut in carmine S:ae Eulaliae francogallico *voldrent* (sive hoc est pro *voluerant*, quod vulgo putant, sive pro *voluĕrunt*) et quae sunt huius generis.

2) Nam epilogus est **w** V 8, quem quae sequuntur tres fabulae **w** 9—11, eae sumptae sunt non ex **W** (v. p. 15).

3) De **Ro** testis huius rei est non $\alpha\delta$ sed unus **ro**. nam, quod animadvertit Herviosus I 1[2] 303, cum in cod. Lemovicensi miscellaneo praefatio Romuli sit fol. 4 v., fabulae Ademarianae foliis 195—203, non probabile est illam praefationem ad collectionem Ademarianam pertinere.

Aesopi illas fabulas a se conversas esse ementitur, quo facilius nebulam offunderet oculis lectorum prologum librorum illorum quos surripuerat, quo scriptor ille Aesopi Rufum adlocutus erat, discerpsit addiditque priorem partem epilogo, ex posteriore cum aliis mixta prologum concinnavit. in quo prima haec de suo: «*Romulus tyberino filio. De civitate attica aesopus homo graecus et ingeniosus famulos suos docet quid homines observare debeant*». Vide hominis stuporem qui sic interpretatus sit verba Phaedri I 2. 6 sq. *Cum tristem servitutem flerent Attici — — — Aesopus talem tum fabellam rettulit.* — denique post inserta quaedam, quae sumpserat ex fonte suo, praefationem concludit his verbis «*Id ego romulus transtuli de graeco in latinum. Si autem leges tyberine fili. et pleno animo advertas. invenies adposita loca quae tibi multiplicent risum et acuant satis ingenium*». hoc loco quod monet filium ut legendis fabulis acuat ingenium, id accommodatius dicitur puero et discipulo illi Tiberino quam Rufo magistro et seni; quamobrem haec non videntur sumpta ex iis quae Anonymus ille Aesopearum scriptor Rufo suo praefatus erat. initium autem praefationis veteris epilogo addidit cum his verbis supra scriptis MAGISTRO RVFO AESOPVS. **w** autem nec praefationis quidquam sua sede movit et supra scripta si non integra, at minus truncata exhibet haec: INCIPIT LIBER YSOPI | MAGISTRO RVFO AESOPVS | SALVTEM. quae ipsa cum sint corrupta, tamen nescio an possint aliqua tenus quidem emendatius legi sic: INCIPIT LIBER AESOPI ⟨I⟩ | . . . . . MAGISTRO RVFO SALVTEM. quem locum punctis significavi, eo loco fuit nimirum nomen verum eius qui hanc paraphrasium recensionem ad Rufum misit. nam suo ipse nomine debuit adloqui amicum illum qui suo nomine nominetur. aliud est enim si ficto nomine appellat aliquem scriptor ipse personatus ut Romulus Tiberinum filium [1]). at illa, quae extat in **w**, ad Rufum scripta praefatio, quamquam non modo verba sed etiam sententiae plures in eam ex Phaedro translatae sunt, tamen — ne credas Rufum Anonymi esse Phaedri Particulonem propterea quod quaedam a Phaedro Particuloni dicta ad Rufum transferantur — ita est concepta ut videatur ad verum Rufum scripta esse. quamobrem probabile est Aesopi nomen errore librarii ab inscriptione translatam et in locum veri editoris nominis esse substitutum. fuit igitur quondam collectio paraphrasium A e s o p i nomine ad Rufum inscripta. et per quinque libros, ut Phaedriana carmina. cuius rei testis est Avianus, ita haec collectio distributa est, quod servat **w**, cum idem fere corpus Romulus Burneianus (**ro**[1]) per quattuor libros distribuat, Florentinus Romulus et Nilantii per tres, Oxoniensis in unum coartarit. iam prologus epilogusque hi librorum Pseudaesopi latini quia magni momenti sunt et ad perspiciendum ingenium hominis illius — qui quidem nihil fere ne in prologo quidem aut epilogo habuit quod de suo afferret ac Phaedriana compilavit plurima, perpauca de Aviano — et quo magis videamus quae ratio intercedat inter **W w** et **Ro ro**, idcirco operae pretium esse duco eos emendatiores hoc loco afferre:

---

[1]) Nam etsi Romuli fuit verum nomen virile extrema imperii Romani aetate, tamen coniuncta nomina sic *Romulus Tyberino* declarant utrumque esse fictum: et ex Livii I 1. 8 et 9 filius ille videtur adoptatus esse Tiberinus.

[Praefatio paraphrastae].

..... magistro Rufo salutem.

⟨Aesopi⟩ memoriam tibi tradam carissime Rufe. me*is* membranis habeto scriptam *eo* candore qu*o* mereris a me. suscipe donum ut pretiosum labium saxis diversi coloris ornatum, quod non putris vetustas perdat. et utinam *laetent* ita ut legant fabula⟨e⟩ docti longaevi memoriam: si tamen tibi placet Aesopus, cuius colore pingitur varietas. composui libr*os* Aesopi fabularum quinque. — — — — omnes homines docet calumniosos timere, potentes metuere, iniuriosos contemnere, malos ne quis credat, blanda verba potius esse cavenda quam aspera et cetera multa. bona et mala, — — — calumnias malorum, argumenta improborum et miserias multis indicavit his exemplis scriptas. inducit aves arbores et bestias loquentes —

---

w

INCIPIT LIBER YSOPI
MAGISTRO RUFO ⸸ AESOPUS
SA LU TEM

Memoriam tibi tradam carissime rufo mea membranis habeto scripta candorem quo mereris a me suscipe donum ut pretiosa libia saxu diuersis coloribus marmora quo non puteris uetustas perdat aut et utinam ledant ita ut legant fabula docti longaeui memoriam si tamen placet esopus tibi cuius colore pingitur uarietas conposui libri aesopi fabularum quinque omnes homines docet calumniosos timere potentes metuere iniuriosos contemnere malos ne quis credat blanda uerba cauere bona et mala et cetera et multa alia iam docens hic exemplis scriptam loquentes adrogant uerba per fabulas.

EXPLICIT PRAEFATIO.

ro (IV 23 in.)

MAGISTRO RUFO † AESOPUS

Memoriam tibi tradam. carissime RUFE meam membranis habeto scriptam et in candore quod mereris a me. suscipe donum ut pretiosum labium saxis diversi coloris ornatum

ro[1] *(ex. praef.)* — — — — — — — — — — — — — Aesopus — — inducit aues arbores et bestias et pecora loquentes — — — scripsit calumpnias malorum argumenta improborum docens infirmos esse humiles uerba blanda potius cauere et cetera multa et miserias (5) his exemplis scriptis.

ro[c] *(ex praef).* Esopus introducit oves arbores et bestias loquentes — — — scripsit calumpnias malorum argumenta bonorum docens et firmos esse humiles et uerba blanda potius esse cauenda quam aspera et multis indicavit et miserias hiis exemplis scriptas.

Ea quae addidi includuntur τῇ διπλῇ ⟨ ⟩, quae mutavi notantur litteris obliquis.
2. labium = labrum, λουτήρ, vas maius, concha; v. Rönsch Symb. Semasiol. (L. 1889) p. 39. — **3.** putris vetustas, cf Phaedr. app. 31. 6 *En cuncta levitas putris et volito cinis.* — laetent i. e. delectent, gaudio afficiant te. — legant posteritati. — **5.** varietas. cf Phaedr. II pr. 10; IV 34. 2. — composui libros A. f. quinque. hac ipsa re paraphrastes id quod erat ap. Phaedrum anxie observavit; cf Avianus praef. *Phaedrus* — (Aesopi) *partem aliquam quinque in libros resolvit.* — **6.** calumniosos, cf Phaedr. II pr. 10; IV 34. 2; I. 18. — potentes: Phaedr. I 5. 1; 24. 1; 30. 1; II 6. 1. — iniuriosos contemnere: Phaedr. app. IV 31. 8 calvus museae iniuriosae: *te contempti generis animal improbum.* — malos ne quis credat; Phaedr. app 8. 15 *malos cavete, nulli nimium credite.* — **7.** blanda v. — —: Phaedr. I 19. 1. — bona et mala: Phaedr. I 2. 29 *Quia noluistis vestrum ferre, inquit,* bonum, malum *perferte.* — **8.** cal. malor.: Phaedr. III 10. 42. — argumenta improbor.: Phaedr. IV 8. 2 *Mordaciorem qui* improbo *dente adpetit hoc* argumento *se describi sentiat.* — miserias Phaedr. app. 7. 4 (Sisyphi) *saxum — ostendit hominum sine fine <esse> miserias.* — **9.** exemplis: similiter loquitur Phaedr. II pr. 1; 1. 3. 3 aliisque locis. — av. arbores et b. loq.: Phaedr. I pr 6 *quod arbores loquantur, non tantum ferae;* Aviani praef. extr. *loqui vero* arbores, feras *cum hominibus gemere, verbis certare* volucres *fecimus.*

[Epilogus].

Qui me semper diligas, optime omnium Rufe, oblectes *o*tium volo iucundam tuam vitam spectans ⟨et⟩ seniles annos maturos. amicis semper bonus vivas, uxori *u*xoriosus vaces, filios in amore seruias, famulis disciplinam ingeras, tuorum vota bene †cernas.

Et intentus legas fabulas et ne forte lector aestimes lapsum me in imprudentiam, invenies in se*mitis e*sse narrandi vias. nam veteres paucae olim fuere fabulae: sed ut maius fieret corpus adieci et meas novas aperte et breviter scriptas. *O*pposui vera malis, composui integra bonis, ostendi vias malorum, confirmavi bonorum: sequatur quisque quod libet, per haec omnia docto atque intellegenti parvus non est labor meus. verum ut norit quisquis fabularum quur sit inventum genus, ipsam vitam hominum et mores ostendens instruxi legere volentes.

---

w (5. 8)

DE LIBRIS SVIS AESOPVS AD RVFVM

Qui me semper diligis optime omnium Rufe oblestes uitium uolo uitamque iocundam tuam spectans se nihil esse annos amicis semper uiuas uxori luxuriosus uaces filios in amore seruias famulis disciplinam inseras tuas uotorum bene cernas et in te intus regas fabulas et si forte lector aestimas lapsum me imprudentiam inseruisse narrandi uias nam et ueteres paucae olim fuisse fabulae et maius fieret corpus adieci ex me nouas aperte et breuiter memoraui adposui uara malignus conposuo integra bonis ostendi uias malorum confirmaui bonorum et sequatur quis quod libet haec omnia doctus atquae intellectu maeae paruus non est labor ut ignora quisquis fabularum cur it inuentum genus uerum ipsa uitia hominum et uerum ostendere et mores uidere struxi legendo uolentes.

ro[1] (*ex* IV 23).

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

— iucundam tuam uitam spectans seniles annos maturos amicis semper bonus uiuas uxori luxuriosus uaces famulis disciplinam ingeras tuorum uota bene cernas et intentus legas fabulas et ne forte lector aestimet lagsum me in imprudentiam inuenies in seruis tuis esse narrandi uias nam ueteres paucae olim fuere fabulae sed ut maius fieret corpus adieci et meas nouas aperte et breuiter scriptas apposui uera malis composui integra bonis ostendi uias malorum confirmaui bonorum sequatur quisque que libet per haec omnia docto atque intelligenti paruus non est labor meus ut norit quisquis fabularum quur sit inuentum genus uerum ipsam uitam hominum et mores ostendens instruxi legere uolentes.

In **w** epilogum sequuntur tres fabulae adsumptae aliunde; in **ro** loco ueri initii sublati prima uerba praefationis antiquae, ut dixi p. 38 sq., supposita sunt.

1. oblectes otium Hervieux. cum **1—3** cf Phaedr. III pr. 11—13 *Impendas curam quam rei domesticae Reddas amicis tempora uxori vaces, Animum relaxes, otium des corpori.* — **3.** uxoriosus scripsi, cf. CGL II 212 *uxoriosus* ὁ τὴν ἰδίαν γυναῖκα φιλῶν. — **4.** †cernas: fortasse *cures*, si modo hic locus habet admonitionem ut Rufo curae sint vota suorum qui illum diu vivere salvum ac sospitem velint. — **5.** intentus legas fab.: Phaedr. III pr. 1—3 *Phaedri libellos legere si desideras, vaces oportet, Eutyche, a negotiis, ut liber animus sentiat vim carminis.* — **6.** in semitis esse (Zdr) narr. vias: Phaedr. III pr. 38 *Ego illa* (Zdr: *illius* libri) *porro semita feci viam.* — veteres paucae o. f. fabulae — — adieci novas: Phaedr. IV 27. 10 *fabulae quas* paucas *ille* (Aesopus) *ostendit ego plures *fero,* usus vetusto *genere sed rebus* novis. — **2.** breuiter: Phaedr. app. 12. 5 *Aesopus narrat hoc* breviter *seni;* II pr 12 *brevitas rependet gratiam;* IV 26. 8; V 6.

7. — **Opposui uera malis**: Phaedr. I. 1. 7 ***Repulsus ille veritatis viribus:*** — **3. ost. vias malor**: cf. Phaedr. I 9. 2; IV 11. 19 — **confirmavi**: sic ***confirmatus*** Phaedr. app. 23. 5. — **4. per h. omnia** = in his omnibus, cf. Woelffl. Arch. V 144. — **docto a. intellegenti parv. non e. labor** m. cf. Phaedr. IV 2. 1 *Ioculare tibi videtur: est* (Zdr: *et* libri) *sane leve, Dum nihil habemus maius* (Pithou: *manu* libri) *calamo ludimus. Sed diligenter intuere has nenias: — — — rara mens intellegit quod interiore condidit cura angulo;* Phaedr. II 9. 15 (noster) *doctus labor.* — **5.** Phaedr. III pr 33 *Nunc fabularum cur sit inventum genus.* — **ipsam vit. h. et mor. ost.**: Phaedr. III pr 50 *Verum ipsam vitam et mores hominum ostendere.* — cf w V 6.